Feria p. 112. vid. *Suarez.*

Fernandina. p. 89. vid. *Toledo Osorio.*

Ferreira p. 43. vid. *Portugall.*

FLECKENSTEIN. Illustris familia ad Henricum se refert, qui 942. in torneamentis Rotenburgicis Societatis Rhenanæ caput Electus perhibetur. Sub finem ferè seculi decimi tertii in duas lineas abiit, quarum altera à Rudolpho orta axioma Baronũ de Dachstul 1389. titulo conjugii obtinuisse dicitur, & quoad masculos in Georgin 164... quoad fæmellas in Anna Sibylla 1861. extincta s defecit: altera ab Henrico Rudolphi fratre sata in equestri statu permansit, sed agnatis nuper successit, & non minus in consortium procerum Imperii admissa, nunc quoque super est. Qui priorem, uti diximus, terminarunt, genesin suam p. 22. reperiunt.

Flomesta. p. 32. vid. *Benavides.*

FOXII, sive DE FOIX. Quæ prima Foxiorum familia fuit, ex Carcassonæ Comitibus erat, in illis 1062. Bernardus Comes de Conserans & de Foix celebratur. Hereditatem Vicecomitatus Bearnensis attulit marito Rogerio Bernardo Margareta Gastonis Vicecomitis filia. Ultimus verò masculus legitimus (nam à fratre ejus naturali Bernardo familia Cerdana Ducum de Medinaceli oriunda adhuc superest vide supra *La Cerda*) fuit Gasto Phœb⁹ pr. Bearnensis, seu potius ejus pater Gasto Phœbus mortuus 1390. Inde nova familia in nomen Foxium successit, Dominorum de *Greilly* in agro Gexensi & de *Rolle.* Nam cum Erchenbaldus Captalis de Buch duxisset Isabellam f. Rogerti Bernardi Foxii Vicec. de Castelbon, successionis illius jus domui illatum est. Hujus duo inprimis filii fuere, Ioannes C. de Foix, Vicec. de Bearn, & Gasto Captalis de Buch. Prior Gastonem & Petrum genuit, *illum* reliquorom Foxensium Comitum ac Vicec. Bearnensium, qui tandem regio Navarræ axiomate ornati sunt, & in Gastone ac Germana (quorum majores repræsentat p. 10.) defecerunt, autorem: hunc Vicecomitum de *Lautrec*, Dominorum de *L' Escun* & *d' Esparre* patrem. Gasto Captalis de Buch novam lineam orsus est, genitis inter alios Gastone C. *Candale*, Candaliorum cæterorum, quorum hereditas dein transmissa est ad Espernonios Vallettanos, sorore, atque Ioanne: à quo hodierni Comites de *Gurson*, de *Meille*, de *Flaix*, March. de *Trans* oriuntur. Præter hos qui ex familia *Devosia* (Ioannis XXII. Papæ) orti, *Carmanum* nomen assumpserunt, Foxium etiam agnomen ex pacto matrimonii Ioannis Vicec. de Carmain, atque Isabellæ Foxiæ, asciverunt.

Francavilla. p. 52. vid. *Silva Mendoza.*

FRANCIA sive GALLIA. Post Regem & ejus liberos proximus est Dux Aurelianensis, cujus liberis CXXIIX. majores ostendit p. 123. Præterea *Condæ* rami honori inservit p. 7. cum *dimensione* vetustiorem exhibet.

Frias p. 35. vid. *Velasco.*

FRISIA. Frisiæ familiæ ramus est *Rietbergicus*, qui in hanc partem reservatus p. 107. enarratur.

Fromesta. p. 32. vid. *Benavides.*

Fuentes, p. 19. vid. *Azevedo.*

FUGGER. Familiæ autor Ioannes Geggingensis Augustæ civis factus est & textoriam exercuit: sed posteri, virtute, meritis ac opibus in fastigium hoc, quod nunc tenent, ascendere. Fundamentum jecit filius Ioannis Iacobus, qui ex mercatore factus est Consiliarius Maximiliani I. Imp. Hujus verò filii Ulricus atque Georgius 1504. ab Imperatore, Barones & Domini in *Kirchberg* & *Weissenhorn*, dicti sunt. Georgius Raimundum atque Antonium genuit. Ab illius liberis Ioanne Iacobo atque Georgio denuo plures lineæ prodeunt: Et illuc spectat p. 45. (Ubi aviæ maternæ proavia paterna legi debet *Cunigunda Eberstainia* pro monstro vocis *Etsibernia.*) Antonius verò è filiis Marco, Ioanne, & Iacobo tres præcipuè lineas, ab his suis capitibus nunc quoque dictas, produxit. Ex Ioannis posteritate (Hanß Fuggerische lini) descendunt illi, quibus destinatur pag. 62. (Quæ ibi vacant lacunæ, ita suppleri debent, ut Sebastiano Nothaft à VVerenberg mater detur *Margareta de Knæringen.* Ejus verò uxori parentes *VVolfgangus à Paumgarten*, *atque Catharina Sojerin ab Eisendorf.*) Ex Marci progenie (Marx Fuggerische) Nicolaus est, cujus liberis destinatur pag. 93. (NB. in hac tabula lacuna compleri potest prima, cum Patri im Hoff conjux fuerit *Rosina VValtherin.*)

G.

Galisteo. p. 68. vid. Manrique.

Gand. p. 94. vid. Melun.

Gaver. p. 24. vid. *Egmond.*

Geldria. p. 113. vid. *Egmond.*

Gelves. p. 85. vid. *Portugal.*

Geneva. p. 64. vid. *Thoire.*

GEROLDSECK, sive HOHEN GEROLDSECK. Geroldum Bavariæ Ducem, Hildebrandi Ducis Sueviæ filium, & Hildegardis Carolo M. nuptæ fratrem, familiæ autorem constituunt: cum alte-

rum

rum quidem ejus filium Bertholdum Ducatui Sueviæ admotum, alterum Geroldum castro Geroldsecrio à patre donatum perhibent. Certe gens inter illustriores semper numerari meruit, & conjugiis dignis decora avita conservavit. Demum in Anna Maria Friderici C. Solmensis, & deinceps Friderici M. Badensis uxore (cujus majores p.15. enumerantur) tota defecit. Annæ Mariæ in Baronatum prætensioni Instrumento pacis §. IV. Cautum est. De extero Croneobergio Comitititul' iste accessit, & ob illum inter proceres Imperii locus. Alia familia fuit Dominorum *Geroldsecca ad Vagasum* in Alsatiæ oris, quæ cum dudum defecerit, ejus nominis memoriam Rappo fleinii servarunt.

Gesvres. p.104. vid. *Potier*.
Gleichen. p.60. vid. *Hatzfeld*.

GONDY. Origine Florentina est hæc familia, & ab Antonio descendit, qui magister aulæ Delfini fuit. Ejus filius Albertus Regi gratiosus, Ducis de *Rais* sive *Retz* titulum obtinuit: autor ex filiis Carolo M. de *Belisle*, ac Philippo Emanuele C. de *Joigny* duarum linearum: sed hujus filius illius neptem & heredem duxit, ac ita utraque in unam coaluit. Quatuor ex hac familia episcopi & archiepiscopi Parisiorum fuere. Vide majores Gondiorum pag.34.

GORREVOD. Guido de Gorrevod floruit 1180. Ex ejus posteris Ioannes seculo decimo quarto genuit Ioannem & Hugoninum. Hujus lineam terminavit, sed rebus gestis nobilitavit, Laurentius Comes de *Pondevaux*, Carolo V. gratus. Ab illo autem præter Dominos de *Cornon* descenderunt Domini de *Salans*, qui demum Laurentii agnati successores fuere; Hisce titulus Ducum de *Pontdevaux*, & Principum Imperii accessit. Confer p.88. eorum probationem.

GOYON, sive GOBIONII. Vixit in hac Stephanus Dn. de la *Gouvenere* & de *Chasteaugoyon*: pater Alani & Ioannis. Hujus posteritas non duravit, nec alterius Ioannis, qui Alano genitus erat. Verum Alani 2. ejus fratris filius Stephanus fuit, qui Bertrandum, Dn. de *Matignon*, Ludovicum Dn. de *Lanuay*, Stephanum Dn. de *Launay Gayon* suscepit. Medii successio defecit. A primo defcendunt Comites de *Thorigny*, Domini de *Matignon*, à tertio Marchiones de la *Moussaye*, Comites de *Quintin & de Pluner*. Priorem lineam Thorigniorum p.39. alteram Moussaiorum p.114. exhibet.

Greiffenstein. p.121. vid. *Solms*.
Grensau. p.110. vid. *Isenburg*.

GROLEE. Iacobus Dn. de Grolée Senefschallus Lugdunensis vixit 1180. Ejus filius Iossalinus Guidonem & Andream genuit; Ab illo Domini de *Gralée*, de *Vassalieu*, de *Mespian*, de *Luys* (qui nunc Comites de Grolée dicuntur) de *Chasteaufort*, de *Anteville*: ab hoc Domini de *Neyrieu*, in tres denuo lineas, nempe Dominorum de *Neyrieu*, qui nunc Marchiones de *Bressieux* & Comites de *Ribiers*, de *Virville*, qui dein Comites & Marchiones de Virville dicti, ac de *Pasin* ac *Cosances* quæ superiori seculo defecir, divisi descendunt. Lineam de Mespieu colit p.33.

Grubenhagen. p.65. vid. *Brunsvic*.
Grumbach. p.3. vid. *Rheingravius*.
Guardia. p.118. vid. *Mexia Carrillo*.
Guebriant. p.72. vid. *Budes*.

GVELFI. Horum in superioribus sæculis celeberrima memoria fuit, eum universa etiam Italia in factiones Guelficam & Gibellinam abierit. Posteri nunc quoque, præter Mutinensica, in Serenissima Ducum Brunsuicensium familia florent. Vt verò constet, quæ illo tempore nobilitas familiæ fuerit, pag.21. exhibetur probatio majorum Henrici nigri.

GVFFIERII. Familiam aliqui à Guifredo D. Aquitaniæ, alii ab Hunaldo t. Guiferii, equitis Borbonii deducunt. Claruit in ea inprimis Guilhelmus, primus Cubicularius Caroli VII. Ejus filius Guilelmus genuit Artum & Guilhelmum, illum, Dn. de *Boisy*, ac Magnum Magistrum, hunc Dn. de *Bonnivet*, & Admiralem Franciæ. In illius ramo nunc sunt tituli Ducum de *Roannois* (vid. p. 54.) March. de *Boisy*, Com. de *Caravas*. Ex hujus posteritate sunt M. de *Bonnivet*, Domini de *Crevecoeur*.

GVZMAN. Plures stirpes hoc nomine utuntur, quorum communem radicem non inveni. Inter reliquas facile excellunt in Bætica Duces de Medina Sidonia, ab Alfonso Perez de Guzman Bono, 1347. à Mauris cæso Dn. de *S. Lucar de Barrameda* derivati. Hujus nepos Ioannes Alf. primus Comitis de *Niebla* titulum nactus est, & deinceps hujus major filius (nam à minori Iohanne posthumo etiam Domini del Cadoso orti sunt) Henricus Ioannem Alf. primum Ducem de *Medina Sidonia* genuit. Ab hujus fratre Alfonso, Domini de *Torralva* & de *Vgena* oriuntur; sed à filio Henrico (ut reliquorum mentionem; licet posteritate abundarint, omittam) propagata est Ducalis dignitas, nunc quoque superstes. (Vide pro hac domo p.47.) Eidem stirpi accensendus est ramus *Comitum* de *Olivares*, à Perro Henrici, Alfonsi ae Lib. Alfonsi Ducum fratre protrusus. Pro hoc loquitur pag.51. Guzmanniis etiam adnumerari volunt Comites de *Teba* & Marchiones de *Ardales*, quorum autorem reperio. Petrum Suarez de Toledo, Dn. de Bolannor, Mariæ Ramirez de Guzman maritum. Hereditatem verò horum, alia non minus Guzmannii nominis à Ludovico Gonsalez de Guzman M. Magn. Calatravæ, fata linea, Dominorum & deinceps *M. de Algava* crevit; cum Lud. de Guzmao M. de Algava avunculo Marchioni de Ardales succederet. (vid. p. 67.) Idem nomen ferunt Comites priores *de Orgaz*, ab Alvaro Perez de Guzman Dn. de Gibralon descendentes; qui ad Mendozios successionem & nomen transmiserunt (consule p.64.) Sic & in familia de Sotomayor epitheton Guzmannium Antonius materno adjecit, cum mater Teresiæ de Zuniga succederet in dominio Ayamonte, quod illius avia Teresia de Guzman, dotis nomine à patre Ioh. Alf. de Guzman D. de Medina sidonia acceperat. Antonio illi titulus Marchionis de *Ayamonte* regis gratia obtigit, & in posteritate servatur. p.121

H.

HANOVIÆ Comit. Ex Illustrissima hac familia mentio lineæ *Schvvarzenfelsiæ* (quam tamus *Munzenbergicus* ex se dedit) huc in pag. 116. servata est.

HARDECK. Hunc titulum sæculo decimo tertio in Mansfeldia familia lego, una cum altero Burggraviorum Magdeburgensium: qua verò ratione ex ea migraverit, minus mihi compertum est. Post hæc tabulæ Hardecciæ hodiernam familiam ex Dominis Prueschenckiis de Stettenberg, quorum sator Vlricus Annam Burggravism Magdeburgiam atq; comitem Hardecciæ uxorem principio seculi 14. habuerit, descendere testantur. In his Henrico Comitatus 1494. in Comitiis Wormatiensibus concessus est, unde deinceps nomen eorũ in subscriptionibus comitialium actorum repetitur, & assignatus est contributionis ad imperii necessitates modus, donec ab Austriacis eximerentur. Qui nunc superant, patrueles sunt, Iulio & Philippo geniti. Philippus duas uxores habuit; Pro ejus filio & filia ex secunda Conjuge genitis concinnata est tab. 37. (Lacunæ quæ ibi sunt, ita suppleantor. Georgii Lindeccii pater fuit *Ludovicus B. de Lindeck*, mater *Margareta de Gradneck*, socer *Antonius de Koff sive de Caballis*, socrus *Vrsula Landfidlerin*.

HARLAY. Inter Dominos de Harlay primum legi Stephanum 1250. ejus verò pronepoti Philiberto illam avitam Baroniam in Burgundia ademit Ioannes Dux Burgundiæ, quòd Regi Franciæ astitisset. Posteri ergò, Domini de *Granvellers*, *Nogent*, *Sancy*, & *Cesy* dicti sunt. Inter hos Ludovicus superioris sæculi principio inter plures, filios tres habuit, linearum autores. A Christophoro Præside Parisiensi descendunt Comites de *Beaumont* (quorum probatio exstat p. 104.) A Roberto Domini de *Sancy* & Barones de *Montglat*; à Ludovico Domini ac Comites de *Cesy*, atque Domini de *Chanvalon*, qui deinde Marchiones de *Breval* appellari meruerunt.

HARO. Ex Dominis priscis Biscaiæ familia hæc deduci vult. Claruit inprimis sub Ioanne II. Rege Didacus Lopez de Haro 8. hujus nominis, Dominus de Busto. Filius ejus Ioannes Alfonsus, nepos autem fuit Didacus Lopezius, Dn. de Sorbas & Lobrin. Huic ab uxore Beatrice de Sotomayor, Dominium de *Carpio*: & hujus nomine Marchionis titulus ex filio Ludovico Mendez nepoti Didaco Lopezio de Haro & Sotomayor obtigit. Ab hoc reliqui Marchiones descendunt, & quamvis aliquoties successio in filias inciderit, retenta tamen est vel retracta agnatorũ matrimoniis. Marchionibus hisce inservit p. 96.

Haro. p. 35. vid. *Velasco*.

HARRACH. Ex hac gente primum lego ex Bohemia Austriæ immigrasse seculo decimo tertio Pilbislaum. Ejus pronepos Bernardus *Leonardum* & *Ioannem* genuit, duarum linearum autores: sed quæ à Ioanne in *Goggitsch* descendebat, pridem defecit. Altera adhuc durat, Comitum axiomate illustris. Confer pro ea p. 119.

Hautequerque. p. 91. vid. *Horn*.

HAZFELD. Equestris familia inprimis à fratribus Francisco Herbipolitano & Bambergensi Episcopo, Melchiore Consiliario atque Campimareschallo, & Hermanno propagatore generis ad sublimiora evecta est, cum Gleichensi titulo, atque ita Comitum dignitate mactarentur. Maiores liberorum Hermanni p. 60. exhibentur.

HELFENSTEIN. Inter Sueviæ Comites hæc familia, antiquitate & splendore semper ex præcipuis fuit. Primum eorum titulum volunt fuisse, Com. von der Filß. Originem eorum aliqui adscribunt veteri Guelforum sanguini, & nominatim Ericoni Isenbardi C. Altorfii fratri, & 12. celeberrimorum Guelforum patruo. Alii propinquiorem ortum ostendisse contenti sunt, cum ex Dilingensibus Comitibus eos derivant. Nam in his Ulrici Episc. Augustani frater Hugobaldi filius Burchardus castri Helfensteinii, ac ita hujus domus conditor perhibetur. Quamvis autem, Comitatus aliquibus partibus venditis, ipsi diminuere gentis splendorem visi sint, non tamen minus inter illustrissimas stirps perrexit recenseri: & dein Gundelfingensis hereditas accessit. Superiori seculo in Vlrici & Catharinæ Sonnenbergiæ filiis Georgio atque Vlrico duo rami *Messkirchius* & *VVissensteigius* in diversum ire cepere. Sed 1626. intra anni spatium utrinque masculi defecere. Pro Messkirchiis consuli debet pag. 20. Pro VViesensteigiis p. 9. In bona alis successerunt Bavari: alia (inprimis Messkirchium) occuparunt Furstenbergii, quibus lis ab Helfensteiniis filiabus & harum heredibus movetur, nec adhuc decisa est.

HENNEBERG. Dispositio familiæ in priori indice data est: in hac parte p. 50. ostenditur, quibus progenitoribus editi fuerint, qui ramum *Schleusingensem* terminarunt.

HENRIQUEZ. De hujus familiæ origine Parte priori diximus. In altero ejus ramo, qui *Riberinum* cognomen assumpsit, præter Duces Alcalæ, ac Marchione Tarifæ P. 1. p. 98. enarratos, claret etiam *M. de Villanova del rio* à Friderico Henriquez Ferdinandi Henriquez D. Alcalæ fratre derivati: qui videri possunt p. 53.

HOHENFELD. Liberorum ex secundo matrimonio susceptorum probationi confiriendæ p. 123. indicium consulatur.

Hohengeroldseck. pag. 15. vid. *Geroldseck*.

HOHENLOICI Com. Pro ramo *VValdenburgio* indicium p. 121. & 123. reperitur, CXXIIX. majores colligendi, liberis duorum fratrum.

Hohensolms. pag. 46. vid. *Solms*.

Hohenzollern. p. 15. vid. *Zollern*.

HOLSATIÆ Duc. In ramo *Nordburgio* probationem filii ex primo matrimonio Friderici suscepti indicat p. 121. Com. *Holsatia*, vide in *Schavvenburg*.

HON-

HONSTEIN. Honsteinam arcem condidisse dicitur 1061. Conradus Ludovici Barbati Thuringi, ex filio Berengario nepos: Sed cum prole careret, hereditatem transscripsit amitino Berengario Ludovici Com. Linderbeeani filio. Ab hoc propagata est familia. In Theodorici IV. liberis duæ lineæ *Viradiensis* & *Clettenbergia* cepere. Quarum tamen utraque superiori seculo exituro, masculorum defectu, terminata est. Ditiones eorum Saxones, Brunsvicenses, Halberstatini occuparunt, sed aliis alii contradixere. Ultimorum in Clettenbergio ramo honori p. 31. satisfit.

HORN. In duos capitales ramos stirps hæc Belgica divisa est, cum Guilhelmus 5. Dn. de Horn & Perweis, præter Arnoldum Episcopum Ultrajectinum genuisset Guilhelmum & Theodoricum. Ab illo reliqui Dn. & Comites de *Horn* atque Dn. de *Montigny* descenderunt, sed tandem defecere, heredibus Montmorenciis Ab hoc Domini de *Baussignies*, de *Montcornet*, de *Heeze* derivantur. Ita tamen, ut in Theodorici abnepotibus, Philippi de Hautekerke filiis Arnoldo atque Joanne denno novæ in diversum irent lineæ (ũ enim huic Domini & dein Comites de *Baussignies*, Domini de *Loquern*, de *Kessel*, illi ortum debent Comites de *Haut:querque*, Vicecomites de *Furnes*: quibus sacra est p. 91.

I.

Infantadgo. p. 106. vid. *Mendoza*.
Inspruck. p 122. vid. *Austria*.
Joigny. p. 55. vid. *Laval*.

ISENBURG. Comites illustrissimi gentem suam derivant à quodam Hessone Com. & Dn. de Isenburg, qui Ludovici C. Arnsteinii, & Dn. Vesaliæ, Bopardiæ, Goaritani ac Lansteinii gener 1140. floruit, ac pater Arnoldi Ultrajectensis, avus Engelberti ac Brunonis Osnabrugensium, atque Dieteri Monasteriensis Episcoporum fuit. Præcipua gentis divisio cœpit, cum Henricus Arnoldi Electoris Trevirensis frater Gerlacum & Ludovicum gigneret. Illi enim Isenburgum inferius obtigit; huic ab Heilvige Conjuge *Budingense* dominium. Gerlaci nepos Salentinus *Grensaviam* à Conjuge Adelheide agnata, ex Budingensibus, accepit, & inde lineæ nomen novum inditum est; quæ demũ 1664. in Ernesto Salentini quondam Electoris Coloniensis filio defecit: successione inter varios prætendentes nec dum satis ad liquidum perducta. (vid. pro his p. 110.) In *Budingensibus*, præter ramum Grensavium, cujus bona ad alterum dein translata, duos ramos exse emisit Ludovicus Dietheri Electoris Moguntini frater; nam ex ejus liberis Philippus Kelterspacenses dedit, qui nunc esse desiere, Joannes in Birstein reliquos: & quidem hujus nepos Wolffgangus Ernestus pater communis est omnium nunc superstitum: qui sunt, ex tertio matrimonio filius Joannes Ernestus in Budingen (pro quo consulas p. 12.) & ex primo nepotes in Offenbach, quos exhibet p. 6. Hujus lineæ junioribus Comitibus servit indicium pag. 121.

JULIACENSIS Familia. Potiori jure hæc *Clivia* nuncupanda foret. Originem referunt antiquitatis scrutatores ad Fabulosum quendam Eliam Gralium, qui Cliviam heredem duxerit. An qui post ipsum recensentur gradus omnes idoneis argumentis probari possint? autores prospiciant. Tempore Caroli M. ex posteris vixisse dicitur Balduinus Comes *Clivia* & *Teisterbants*, pater Eberhardi C. Cliviæ, cujus posteri Comites Cliviæ, demum 1368. defecere, & Roberti. Hic Ludovicum, Teisterbantensium reliquorum satorem, Robertum *Heusdanorum* dynastarum, qui per plura sæcula superfuere, autorem atque Theodoricum genuit. Theodoricus Com. ab *Altena* dictus est, sed ejus nepos Adolphus *Marca* titulum assumpsit. In hujus descendentibus divisio facta est, cum fratres Engelbertus *Bergensem* vel *Montanum* Comitatum, Eberhardus Marcanum in divisione 1147. nanciscerentur. Prioris posteritas extincta, & hereditas ad Juliacenses delata est. Eberbardi verò trinepotes Adolphus ac Eberhardus iterum novos ramos cepere. Prior etiam à Conjuge Margareta, sive Maria Clivia jus successionis Cliviæ domui intulit: Unde etiam filius Comitatum Cliviæ ab Imperatore, nepos Ducalem titulum pro eo assecutus est. Accessit deinceps alio matrimonio *Juliacensis* & *Montanus* Principatus. Sed ramus præcipuus & directus defecit in Joh. Wilhelmo 1609. mortuo. Hujus & germanorum genesin p. 82. repræsentamus. Ex minoribus filiis descendere lineæ *Ravensteinia* & *Nivernensis*; sed utraque etiam extincta. Quæ ab Engelberto Marcano Adolphi, ut dixi fratre derivatæ sint lineæ, mox sub titulo *Marcam* leges.

K.

Kettler. p. 77. vid. *Curland*.

KEVENHULLER. In has familia legitur Sigismundus Kevenhüller ab Aichelberg, qui seculi decimi quarti principio floruit. Inprimis vero eam virtus Augustini, qui Maximiliani I. Consiliarius fuit, novis luminibus illustravit. Is communis pater duarum inprimis linearum factus est ex filiis Christophoro atque Sigismundo. Sed hæ quoque aliquoties iterum in diversum abierunt. Unius lineæ probatio p. 6. continetur.

KIRCHBERG. Illustrissima familia, quam nonnemo ex Nassoviis derivat, Burggraviorum Kirchbergæ Dominorũ in Farnroda satis antiqua est, & jam seculo duodecimo ejus memoria inter affinitates Honsteinias reperitur. Albertus qui 1423. vixit, duos habuit filios Theodorum & Hermannum. Ab illo ramus *Kranichfeldiorum*, sed in Hartmanno Abbate Fuldensi 1538. extinctorum, descendit: ab hoc *Farnrodenses* propagati sunt: Probationem horum p. 2. exhibet.

Kirchberg. vid. *Fugger*.

KOENIGSECK. In majoribus Marquardo B. de Kœnigseck assignandis variant, cum quidem in Joanne ac Ulrico patre & avo consentiunt, sed matrem ac avias alii alias adducant.

Præcipua nunc est divisio, quod in duobus fratribus Hugone in *Immenstatt*, & Johanne Georgio præfecto provinciali in Weingarten novæ lineæ incipiunt. Horum majores p. 42. refert, & Hugonis liberorum p. 123. Eidem genti ortum creditur debere familia de *S. Clemente* in Hispania.

L.

LAVAL. Lavallorum peculiaris familia fuit, cujus hereditas per Emmam Guidonis VI vel VIII. filiam & Mattheo 2. Domino Montmorencio nuptam huic familiæ illata est. Filius Matthæi Guido nomen de Laval assumsit, unde ab eo descenderunt Domini, qui deinceps Comites, de *Laval*, & omnibus commune Guidonis nomen fuit. Verum illa linea terminata est in Anna Guidonis 12. filia, quæ Joanni Montfortio nupsit, hic vero nomen Guidonis XIII. assumsit, ac ad posteros hereditatem uxoris transmisit (debisce intelligenda est tabula p. 66.) Præter ramum principalem alii surculi juxta enati sunt Dominorum de *Attichy*, *Chalouyan*, *Raiz*, *la Suse*, *Pacy sur Marne* atque *Loue*. Hic ultimus denuo plures palmites dedit Dominorum de *S. Aubin*, *Boisdaulphin* (quibus nunc Marchionum dignitas & titulus de *Sablé* accessit) *la Faigne*, *Tartigny*, *Brée*. Hos omnes primogeniti Dn. de *Loue*, qui etiam Vicecomites de *B. ..e*, Comites de *Joigny* ac *Meslle* & M. de *Neslle* facti sunt, & probationem suam p. 55. habent, dum superfuere, antecedebant.

Lauterek p. 1. *Palatini Rheni*.

LEININGENS. Com De hae familia illustrissima quædam in superiori indice notavimus: Cum autem in illa parte Dagsburgica domus tota comprehensa sit: ex Westerburgica hic reperies, palmitem *Oberbrunnensem*, qui tamen quà masculos exaruit. Filiarũ honori servit p 75. (NB Proavia materna non *Maria Sophia*, sed Anna Sophia Mansfeldia fuit appellata.)

LEIVA sive LEVA. Joh. Martinez de Leiva, muneribus sub Alfonso ultimo Rege gestis inclutus circa 1330. floruit, pater Sancii Martinez Dn. de Leiva & Valdeiscar, cogn. Brachii ferrei, celebris bello ducis, & officiis bellicis Edoardi III. Regis Angliæ filiam uxorem promeriti. Isto genitus est Joh. Martinez, hoc iterum Sancius Martinez pater Latronis, avus Joannis. In hujus filiis arbor in ramos abiit. Primogenitus Sancius Martinez caput domus remansit, pater alterius Sancii Proregis Navarræ, qui tres inprimis filios genuit, Alfonsum, Petrum & Sancium, quorum quivis liberos sustulit; in prioris verò liberis continuatus est familiæ principatus. Vide pro hisce p. 58. Alter Joannis filius Antonius, celeberrimus belli Dux, & Hispaniæ Fabius Maximus, ab Imp. Carolo V. de quo optimè meritus erat, Principatum de *Asculi* & March. de *Atela* 1530. obtinuit. Successit filius Ludovicus, pater Antonii, Martini, Francisci, Joannis. Ab illo Principes propagati sunt, ab his alii, gentili fere nomine contenti.

Lerma. p. 8. vid. *Sandoval*.

LEVIS. Familia hæc plures lineas complectitur: ex quibus præcipuæ sunt duæ. Prior Ducum de *Ventadour*, qui prius Domini & Comites *de la Voute* dicti erant, atque Villarium Comitatum prætendebant, quem Philippus 2. Vicec. de Lautrec ob matrem Eleonoram de Villars à D. Sabaudiæ obtinuerat, sed ejus nepos Joannes vendidit. Horum Ducum honori destinata est p. 108. Altera linea est Dominorum de *Mirepoix*, qui ab expeditionibus in Albigenses titulum *Marescallorum Fidei* assumsere. Juxta enatos ramos non recensemus.

LEUCHTENBERG. Landgraviorum hæc familia extincta est, sed indicio p. 121. videbis, qui progenitores CXIIXX fuerint ejus, in quo spes gentis defecit.

Licha p. 28. vide *Solms*.

LIGNES. Familia in Belgio jam olim illustris inprimis crevit Joannis Dn. de Barbanzon meritis ac matrimonio cum Margareta Marcana; Ita enim Comitatus *Arenbergicus* illatus est familiæ Ex ejus filiis Carolus Pr. Comes Arenbergæ ab uxore Anna Croviaca, Ducatum Arschotanum, Principatum de Chimay ac Porcean ac alia nactus est: (Denuo duorum *Philippi Ducis Arscotani*, & Alexandri princ. *Cimacensis* pater) Alter Robertus *Barbansonios* propagavit Universis verò Ducatus Arenbergici axioma ab Imp. collatum est. Hic pag. 78. Principis Arenbergæ Cimacensis majores recensentur.

LIGNICII. Ex hac familia Dorotheæ Elisabethæ, Lignicio Briegensis, Henrico Pr. Nassovio nuptæ majores 128 colligere docet p. 121

LIMPURG. Hujus familiæ lineæ *Schmidelfeldia* servit p. 123. ut filiæ Wilhelmi Ludovici majores CXXIIX concinnari possint.

LORGERIL. Hujus familiæ successionem filia heres intulit domui Rohanensi: ejus autem probationem exhibet p. 40.

Loue. p. 55. Vid. *Laval*.

LOEWENSTEIN. Hujus familiæ ramus *Rupifortins*, sive de *Rochefort* huc servatus est, eique inservit p. 59. Nec minus ipse *Lœvvensteinius*, prout ille Wertheimiis contradistinctus erat, suam probationem habet p. 113.

LUCENBURG sive LUXENBURG. Communem originem huic familiæ cum altera Hanoniæ Comitum & *Brabantiæ* ducum, atq; ex his Landgraviorũ *Hassiæ* stirpe attribuere solent; cum eam à Giselberto Comite Mansuariæ Ermengardæ Lothario Imp. natæ marito deducunt Cum enim prior ejus filius Ragínerus Dux Hasbaniæ, jam enumeratas stirpes prosceverit: alter filius Ricuinus Arduennæ Comes Ottonem Ducem *Lotharingiæ* superioris, reliquorum Ducum satorem, atque Ricuinum genuit. Hic nepotem habuit Sigfridum *Lucenburgi*, quod permutatione à S. Maximini abbate nactus erat, Comitem. Huic liberos dant præter Cunigundam Augustam, & alios plures, præcipuè Henricum Ducem Bavariæ & Comitem Palatinum Rheni, quæ

utraque

utraque dignitas aliquandiu penes posteros fuit, atque FridericumLucenburgium. Inter hujus etiã plures numero filios fuerunt Giselhertus *Lucenburgiorum* (quorum ad Namurcenses devenit hereditas) ac aliquorum *Salmensium* autor, & Theodoricus *Lumburgi* Dominus, à quo deinceps ordine generationis comites & Duces *Limburgenses* descenderunt. Demum Valeramus 2. Dux Limburgius per duos filios Valeramum quidem, Limburgenses propagavit, sed, per Henrieum Blondellum, Lucenburgium matris Namurcensis jure Comitem, istam Lucenburgiam novam stirpem orsus est. Hujus iterum duo fuerunt filii. Nam alter Henricus 2. pater Henrici VII. Imperatoris, plures Augustos, Reges Bohemiæ, Ungariæ, Marchiones Moraviæ, & Lusatiæ, Duces Lucenburgenses in posteritate sua numerat; alter Valeramus Dominus de *Liney* fuit, plurium linearum autor. Præcipua divisio illarum tunc facta est, cum Petrus Lucenburgius, C. de Conversan, de Brienne & de S. Paul, tres præcipuè filios habuisset, Ludovicum, Theobaldum, Jacobum. *Ille* Comes de S *Paul* & Connestabilis Franciæ, denuo *ἀτίμως*, ex filio Petro avus fuit Mariæ, quæ Comitatus de *Soissons*, *S Paul*, *Marle* & alia Borbonio marito attulit; ex alio filio Antonio C. de *Roucy* & de *Brienne* posteritas mascula in plures gradus duravit, & demum 1613 in Francisco Duce de *Lucenburg* & de *Piney*, Princ. de Tingry finita est. Hujus filias colit p. 92. *Iste* Dominus de *Fiennes*, præter reliquos Fiennetteles (quorum heredes fuere Egmondani) Vicecomites de Martigue dedit, in quibus ultimus Sebastianus Dux *Penthieure* 1569. decessit, relicta filia Anna, quæ in Lotharingicam domum elocata est. *Hic* (Jacobus) Dominum de *Richebourg*, Vicecomitum de *Launoy*, & Comitum de *Gavre* autor fuit.

Luna. p. 83. Vid. *Pimentel*.

Luxelstein. p. 1. Vid. *Palatini Rheni*.

M.

Malpica. p. 51. vid. *Ribera Barroso*.

MANDERSCHEID. De familiæ origine non mihi constat. Nisi quod jam anno 1370. aliquis legitur Wilhelmus Manderscheidius. Hujus nepos Ulricus Archiepiscopus Trevirensis fuit, sed Theodoricus Comes de Manderscheid primus, cum Elisabetham heredem Sleidæ duxisset. A tribus filiis ipsius Cunone, Joanne, Wilhelmo, totidem lineæ: à primo *Sleidensis* ac *Virnenburgica*, in Joachimi filiabus (confer. p. 61.) terminata, à tertio *Keilensis*, à secundo per filios Arnoldum *Blanckenheimia* (cujus honori servit p. 30.) Gerardum *Geroldsteinia* descendunt.

MANRIQUE. Manricia familia in duas præcipue stirpes dividitur *Castannedensem* & *Trebinnensem*. In illa claruit Garsias Fernandez Manrique Henrici Inf. Aragoniæ primarius minister, & titulum Comitis de Castanneda nactus; sed dein variis fortunæ casibus jactatus est; donec denuo dignitas illa confirmaretur. Ex Aldoncea de Castilia genuit Joannem Fernandez & Gabrielem. *Ille* Castannedenses propagavit, per filium Garsiam Fernandez, Marchionum de *Aguilar* titulo auctos: præter quos quoque filius Joannis Joannes posteritatem genuit. Hic (Gabriel) Comitis Osornensis & Ducis *Galisteo* dignitatem obtinuit. Quorum illa ad posteros, è quibus etiam Antonius quidam à conjuge Anna de Luna & Arellano Comes de *Morata* factus est, huc usque propagatur. Vide pro hac linea p. 68. In stirpe Trebinnensi, quæ cognomentum *de Lara* assumsit, celebris fuit Petrus Manrique judex Legionis, Dn. de Trevinno & Hamusco, qui ex Leonora de Castilia suscepit plures filios. Ex illis primogenitus Didacus Gomesius Manrique primus de *Trebinno Comes*, Petrum genuit primum de *Najera* Ducem, & reliquorum satorem: cujus abneptis Luisa Ducatum Bernardino de Cardenas, D. Maquedensi attulit. Secundus filius Petri, frater Didaci, Rodericus nuncupatus est *Comes de Paredes de Nava*, beneficio Joh 2. Regis. Ex Roderici primogenitis orta Agnes Com. de Paredes, ad maritum Henricum Manrique ex linea Najerensi agnatum, successionem transtulit. Præter hos verò ex Roderici præfati filiis Roderico & Henrico, alios hujus lineæ oriundos invenire licet. Didaci & Roderici frater fuit Petrus Manrique Dn. de *Valdezcari*. Hujus nepos Antonius duxit Luisam de Padilla, Dom. de Padilla & *Santagadea*, heredem. Inde hujus posteri nomen de *Padilla* assumserunt, & Comitum titulum ratione *Santagadea* obtinuerunt. Quartus prædictorum frater fuit Gomesius Dn. de *Villazopeque* & *Belbimbre*, nec non octavus (nam quorum posteritas vel nulla vel fœminina tantum fuit, recensere, nihil attinet) Garsias Fernandez Dn. *de las Amayuelas*, quorum uterque hereditatem suam transscripsere ex se genitis. Et hac quoque ratione, cum Rodericus de Mendoza C. de Castrogeriz Annam Manrique, Dominam de Villazopeque duxisset, Manricium cognomẽ Mendozio junctum est. Consule p. 48.

MANSFELD. Illustrissima hæc familia titulo Querfortio prius usa est, & ex ea dicitur prodiisse Lotharius II. Imperator. Accessit deinde titulus Mansfeldiæ Comitum, qui prius in alia familia fuerat, ut tamen aliqua linea, quæ 1496. defecit, Querfortense nomen retineret. Mansfeldensis stirpis rami fuere varii. Præcipua verò divisio fuit, cum Guntherus Albertum & Ernestum filios haberet; hujus posteritas denuo in aliquot lineas divisa desiit nuper in Christiano Friderico liberis orbo Albertus alterius rami caput, Ernestum genuit, hic plures filios: inter quos Petrus Ernestus Caroli *Principis Mansfeldiæ* pater fuit. Qui nunc superant etiam à duobus ex filiorum ejus numero descendunt: Nempe à Johanne Georgio, Joannes Georgius modernus; A Philippo autem reliqui omnes. Cum enim hujus filius Bruno, Wolffgangum, Brunonum & Philippum genuisset: nullus ex his prole caruit. Pro Philippi liberis confecta est tabula p. 44. Pro Wolffgangi sobole p. 110.

Maqueda. p. 41. vid. *Cardenas*.

MARCANI. Familia hæc cum Clivia veteri eadem esse creditur, & à Mareano Comitatu nomen accepit. Præcipuus ramus fuit ille, cui ipsa deîn Clivia, ac deinceps Juliacensis atq; Montana hereditas, cum titulo Ducali obtigit: nec minus in Gallia Ducatus Nivernii atque alia. Sed omnis ille pridem exaruit. Porrò ex Eberhardo Adolphi, qui Margaretæ Cliviæ maritus, atque præfatæ lineæ autor fuit, fratre, alii rami succrevere, *Arenbergius*, *Bullionius*, *Lumainius*. Primus defecit in Margareta, à qua ad Lignesios ob maritum Joannem de Lignes successio delapsa est: Alterius bona ex parte ad Turrios delata sunt, sed Comites de *Maulevrier* prætensionem non omiserunt. Ex tertio, cui *Sleida* cognomen etiam accessit, ille solus superest, cujus majores legis p. 97.

Massa. p. 103. vid. *Cibo*.

Medellino. p. 79. vid. *Portocarrero*.

Medinaceli p. 39. vid. *la Cerda*.

Medina Sidonia. p. 47. vid. *Guzman*.

Mello. p. 43. vid. *Portugal*.

MELUNIA sive MELODUNENSIS. Stirps hæc celebris in duos ramos abiit, cum Joannes Vicecomes de Melun ex Joanna de Tancarville & Isabella de Antoing Joannem & Hugonem genuisset. Ab illo Comites de *Tancarville* & reliqui vicecomites de *Melun*: ab hoc descendunt Domini de *Anthoing*, quibus vicecomitatus *Gandavensis* accessit, & Principes de *Espinoy*. Horum incidenter mentio fit p. 78. Istorum, Gandavensium, ultimus probationem suam habet p. 94.

MENDOZA. Ex Alavensi provincia oriunda stirps in plures iterum se diffudit ramos. Præcipuos duos observavi, Dominorum de *Hita* & *Butrago* (cujus princeps Petrus Gonsalez 1385. in prælio ad Aljubarrota morte sua Regem servavit) atque Dominorum de *Mendibil* & *Ribera*. In priori (nempe de *Hita*) secundogenitus Inicus Lopez de Mendoza Dn. de *Castelnovo* genuit Didacum Hurtadum, Comitem de *Priego* 1465. creatum, quæ hereditas ab uxore Teresia Carrillo obtigerat. In horum filiis Petro Carrillo de Mendoza reliquorum Com. de Priego, cogn. Carrillo, necnon Dominorum *del Termino de Perales*, Inico Lopezio de Mend. Dominorum de *Argal* & *Mochales* prosapia incipit. Major autem Inici Lopezii Dn. de Castelnovo frater Didacus Hurtadus de Mendoza, Admiralis Castiliæ ampliorem progeniem habuit. Cum enim ejus filius Inicus Lopezius de Mendoza, qui 1445. primus *Comes del Real de Manzannares* & *M. de Santillana* creatus est, septem mares genuisset, ex illis I. Didacus Hurt. de Mendoza novum decus genti intulit, Ducis *del Infantadgo* dignitatem nactus. Hic in directa primogenitorum linea Ducatus titulum, per ultimam Luisam (cujus majores sub elogio Duc. del Infantadgo describit p. 106.) marito Didaco Gomesio, ac ita Sandovalliæ allatum, propagavit. Præter hunc directum stipitem præfati primi Ducis filii, Joannes Hurtadus, Dominorum de *Belenna* & *Valbermoso*, sed Garsias Laso de Mendoza Dominorum *de Junquera in Guadalaxara* cum cog. de *Laso*, ulterius in Ducali serie nepos Alvarus de Mendoza & Luna Dominorum *de la Torre de Estevan Ambran*, quibus ab hujus Alvari nuru Isabella cognomen de *Alarcon* & Marchionatus de *la Bala Siciliana* obtigit. demum pronepos Rodericus novo axiomate Marchionii *de Montes claros* (Pro quibus loquitur p. 48.) surculos ex se dederunt. 2. Ab Inico Lopezio de Mendoza, altero Inici Lopezii M. Santillanensis filio, *Comitum de Tendilla* titulus incipit. Huic ex filiis Inico Lopezio, reliqui Comites Tendillæ, & *March. de Mondejar* præter plures alios, & Petro, Domini de *Robres* & *Sanguerren* originem debent. Præterea alius ejus filius Didacus Hurtadus Cardinalis posteros habet. 3. Tertius Marchionis supra dicti filius Laurentius à matre cognomen *Suarez* Mendocio adjecit, ac C. de *Corrunna* fuit, quod cum cognomine posteritas, cui sacrà est p. 54. servat. 4. Quartus filius Petrus Laso de Mendoza, obtinuit à Conjuge Agnete Carrillo, Dominium de *Mondejar*, sed, ut & septimus eodem nomine Petrus dictus, tantum filias genuit. 5. Quintus Petrus Gonsalez de Mendoza Cardinalis & Archiepiscopus Toletanæ Ecclesiæ præfuit. Sed ex liberis ipsius Rodericus Marchio *del Cenete* creatus est, dignitatemque per filiam ad primarium truncum Ducum del Infantadgo transmittit: alter Didacus Hurtadus *Comes de Melito* factus, posteros habuit, Principes de Melito ac Duces Francavillæ (qui tituli cum Mendozio epitheto deinceps in familia de Silva Ducibus Pastranæ, vid. p. 52. accreverunt) & cum agnomine *de la Cerda* addito Comites de *Gelves*. Demum 6. penultimus Inici Lopezii filius Joannes Hurtadus Mendoza Inicum Lopezium Dn. de *Colmenar*, & Joannem Hurtadum Dominum *de Fresno de Thorote* autorem genuit. Quod alterum præcipuum truncum concernit, Dominorum de Mendibil & Ribera; Fratres fuere Joh. Hurtadus Dn. de Mendibil, & Hurtadus Diaz Dn. de Fuentecha & Corçana. Ab hoc reliqui Domini de *Corçana*, & cum cognomine de *Salzedo* Dominorum *de Salzedo & Legarda* palmes, progerminarunt. Ab illo genitus est Johannes Hurtadus, ex Maria Castellana, Joannis Hurtadi Domini de Mendibil & Didaci Hurtadi Dn. de *Cannete* genitor. Hujus posteri sunt, qui pag. 118. occupant, Marchiones de Cannete. Illius (qui etiam Comitum de *Orgaz* cum *Guzmannio* epitheto p. 64. exhibitorum sator est) filius Ruiz Diaz Dn. de *Moron* dedit Alvarum Comitem de *Castrogeriz*, illius prosapiæ, cui etiam cognomen de Manrique placuit assumere, vid. p. 48. autorem, & Ruisium Diazium Dn. de *Moron*, patrem Roderici, qui reliquos dominos de Moron, demum Comitum de *Lodosa* titulo auctos, sevit, atque Joannis Hurtadi, cujus prosapiæ uxor Maria cognomen de *Sarmiento* & Comitatum *de Ribadavia* attulit. Huic stirpi de Mendibil ramus Comitum de *Monteagudo* & March. de *Almazan* (quam successionem

nem Antonia Marito Caspari de Moscoso Osorio acquisivit) accensendus erit, atque sic, qui è postgenitis eorum oriuntur, stolo Dominorum de *Lodarejos* & *la Vallana*.

Mespieu. p. 33. vid. *Grolés*.

Meskirch. p. 20. vid. *Helffenstein*.

MEXIA sive MESIA CARILLO. Fam. Galliciæ. Consalvus Mexia Carrillo, Dn. de Sanctesimia, duxit Agnetem filiam ac heredem Roderici Mexiæ Dn. *de la Guardia*, atque ita duæ lineæ coivere. Inter posteros, præcipua linea est Marchionum *de la Guardia*, pro quibus concepta est p. 118. Alii cognomina Pontiorum de Leon & Guzmanniorum usurparunt.

Mirabel. p. 69. vid. *Zuniga Davila*.

Miranda p. 36. vid. *Avellaneda*.

MOERSPERG. Familiæ hujus à castro Mærsperg sive Maurimont, non procul Phiretis sito, cognominatæ mentio jam seculo undecimo reperitur: sed in deductionis serie autores variant. Superiori seculo divortium linearum factum est, cum Caspar B. de Mærsperg & Beffort duos filios genuisset Joannem Jacobum & Joannem: hujus linea in Styria terminata est in filiabus Julii Neidhardi: illius posteritas adhuc durat in Thuringia, in Ludovico Friderico C. Mœrsbergio & sorore ejus Sophia Dorothea Comitissa Schvvarzburgica. Horum honori servit p. 111.

Monbason. p. 6. vid. *Rohan*.

Monrey. vid. *Cortes*.

Monteagudo. p. 95. vid. *Moscoso Osorio*.

Monterrey. p. 19. vide *Azevedo*.

MONTMORENCY. Familia hæc inter Gallicas nulli secunda, quam Andr. du Chesne insigni opere excoluit, ab Eberhardo Hugonis Capeti parastata (ut ad fabulosas traditiones non accedamus) deducitur. Primis temporibus juxta stirpem enati sunt palmites Dominorum de *Bray*, *Monlehery*, *Crecy*, *Attichy*, *Marly*, *S. Leu*, & qui peculiarem dein stirpem constituere visi sunt, *Lavallerum*. Deinde ex eodem trunco prodiêre, Domini de *Conflans*, *Beausault*, *Goussainville*, *Auvremesnil*, *Croisilles*, *Neuville*, *Hubermont*, *Bours*, *Esquencourt*. Demùm cùm Joannes 2. Dn. de Montmorency tres filios habuisset, Joannem, Ludovicum, Guilelmum; à primo in Belgio Domini *Nevella*, & Com. Hornæ; à secundo, Barones de *Fosseux*, (è quibus Marchiones de *Thury*, Barones de *Lauresse*, Comites de *Bouteville*, & de *Lusse* derivantur,) atque iterum Barones de *VVastines*, (Autores Comitum de *Esterre*, Princ. de *Robecque*, March. de *Morbecque*.) A tertio, in Francia Duces de *Montmorency* & *Damville*, in Henrico 2. Admirali Franciæ, 1632. decollato terminati, ortum trahunt. Huic Montmoranciæ lineæ servit p. 98.

Montes claros. p. 48. vid. *Mendoza*.

MOSCOSO. Familia ex Gallicia originem trahit, & in ea 1455. Ruis Sanchez de Moscoso Dominium de *Altamira* habuit: Filius Rodericus, qui patri successit, duas inprimis filias reliquit. Altera Agnes Vasconi Lopezio de Ulloa nupsit, mater Lupi Sanchez de Ulloa, I. Com. de Altamira: Huic matertera successit Urraca, & marito Petro Alvarez Osorio hæreditatem suæ domus cum nomine intulit. vid. *Osorio*. & p. 95. Alii sunt nominis de Moscoso à Suerone Vasquez de Moscoso descendentes, & cognomina de Mosquera & Figueroa sortiti.

Moussaye. p. 114. vid. *Goyon*.

MUNSTERBERG. Gerhardus ex Comitibus de Nidda & Berneck, Bosconis filius, *Cunstadium* in Bohemia condidit, à quo posteri titulum accepêre: Ejus pronepos Bosco dein *Podiebradii* nomen assumpsit, ac iterum pronepotem habuit Georgium, qui Regnum Bohemiæ gessit. Hujus filii Victorinus & Hinco *Munsterbergenses*, *OElsnenses*, & *Volavienses* Duces creati sunt. Ex his Principatibus, postquam Münsterbergensis alienatus fuisset, cum hujus titulo *OElsnensis* & *Bernstadius* ad posteritatem transiêre. Eam terminârunt ex masculis Henricus Wenceslaus, 1639. & Carolus Fridericus, 1647. mortui. Hujus autem filia Elisabetha Maria, hæreditatem Sylvio Duci Wirtenbergico attulit. Vide Caroli Friderici & Germanorum genesin. p. 17. Ut verò ejus filiæ CXXIIX. progenitores colligantur, p. 122. adeunda est: Vicissim hujus liberis servit p. 123.

N.

N*ajera*. p. 41. vid. *Manrique*.

Navarra. p. 29. vide *Albret*.

Las Navas. p. 63. vid. *Davila*.

Neelle. p. 55. vid. *Laval*.

Neugarten. p. 16. vid. *Eberstein*.

Niebla. p. 47. vide *Guzman*.

Nordburg. p. 121. vid. *Holsat*.

O.

Oberbrunn. p. 75. vid. *Leiningen*.

OEls. p. 17. 122. 123. vid. *Munsterberg* & *VVirtenberg*.

OETINGEN. De hisce Comitibus mentionem fecimus in superiori parte 3. Huc servatus est ramus *VVallersteinius*, pro quo concepta est p. 26. & pro Martini Francisci liberis consulendum est indicium p. 122.

Offenbach. p. 61. vid. *Isenburg*

Olivares. p. 51. vid. *Guzman*.

Onoldsbach. p. 105. vid. *Brandenburg*.

Orgaz. p. 64. vid. *Mendoza Guzman*.

ORTENBURG. Fridericus Comes in Spanheim & Ortenburg dicitur 1042. Ejus verò filii Sigfridus & Engelbertus Comitatum de *Lavant*, à primi uxore obtinuerunt. In Engelberto 2. prioris filio, titulus March. *Istriæ* accessit. Hic Ducis Carinthiæ gener fuit, & plures liberos genuit, ex quibus Bernardus dedit Comites in *Lavant* & *Spanheim*, Sigfridus Comites de *Lebenau*, (qui ditione in Bavaros translatâ, desiêre 1229.) sed Engelbertus III. Dux Carinthiæ creatus est, atque ex filiorum altero Ulrico, reliquos Duces Carinthiæ, (qui in ejus nepotibus defecerunt,) tum Comites *Ortenburgs in Carinthia*, ac *Sternberga*, (quorum hæreditas ad Cilienses, ab his ad Austrios devenit,) altero Rapatone sive Rapol-

do cæteros *Ortenburgicos* in Bavaria, & aliquos Palatinos Bavariæ sevit. Inter istos Sebastianus duorum imprimis filiorum pater totidem lineas orsus est: Altera per Christophorum propagata in ejus filio Joachimo (qui filium & nepotem turbato ordine extulit) 1600. terminata est: altera ab Ulrico derivata, cùm hujus filius Alexander etiam duos genuisset, Ulricum atque Joannem, denuò in duas abiit. Hujus enim posteritas in nepotibus desiit: Illius pronepos adhuc superest, atque pro eo p. 117. conscripta est.

Orval. p. 65. vid. *Bethune*.

OSORIO. Osoria gens ex antiquissimis Hispaniæ haberi potest. In ea Petrus Alvarez Osorius sub Petro Rege Castil. Comitis de *Villalobos* & Ducis de *Aguiar* honorem gessit, ac ab uxore Maria Fernandez de *Villalobos*, hujus familiæ successionem suæ intulit. Nam minor filius Garsias Alvarez *Cerralvensium* sator est; quam successionem obtinuit Garsiæ nepos Alvarus Perez Osorio, ducta Maria Pacheco Dn. de Cerralvo: Eandem posteri omisso Osorio nomine, jam Pacheci, retinuêre, ac Marchionum axioma obtinuêre. Vide pro illis p. 84. Major Alvari Perezii filius Joannes Alvarez Osorio, Petrum Alvarez genuit, qui Comes de *Trastamara* à Joh. 2. Rege creatus est, atque ita priores tituli exolevêre. Petrus quatuor linearum novarum per totidem filios sator agnoscitur. Maximus natu Alvarus Perez Osorio titulum Marchionis de *Astorga* paterno adjecit, & illos simul posteris transmisit. Vide pro hisce p. 100. Secundus filius Petri, patri cognominis, Urracam duxit Com. de *Altamira*, Roderici de Moscoso filiā, unde utriusq; familiæ nomen conjunctū & ad posteros transmissum est. Pro quibus legas licet p. 95. Tertius filius Didacus Dominos de *Villacid* & *Cerbantes* sevit: & quartus Ludovicus Episcopus de Jaen filios naturales Franciscū atq; Alvarum habuit: ille Dominorū de *Valdonquillo* autor est, hic ex Beatrice de Castro filios, sed *avaidus* genuit. Præter hos Osorii de *Ocanna* à Lupo Alvarez Osorio, Marchionis Astorgensis primi germano vel filio derivantur: & Domini de las *Regueras* à Roderico primi Petri Alvarezii ex Maria de Villalobos filio. Ea stirpis de Villalobos series est. Neq; verò altera Osoria omittenda est, Dn. de *Cabrera* & *Ribera*: in qua Petrus Alvarez, Beatricis de Castro Dn. de Lemos maritus, 1457. C. de Lemos Henrici IV. R. gratia renunciatus est. Verum enim vero proneptis Beatrix, titulos ad Portugallensem familiā transtulit. (vid. Part. 1. p 6.) Ex hac linea fuit Beatrix sive Joanna filia Petri Alvarez Osorii C. de Lemos, quæ cum Ludovico Pimentellio M. de Villafranca nupsisset, in hanc, & mox per filiam Petri Toletani conjugem, in Toletanam gentem Osorium cognomen intulit. Consule pro Toletanis Osoriis p. 89.

Osserno p. 68. vid. *Manrique*.

P.

PACHECO. Hujus familiæ aliquam delineationem in Part. 1. indice, sub voce *Giron*, videas. In hac parte p. 84. mentio fit Pachecorum M. de Cerralvo: qui nomen hoc accepere ab herede Maria Pacheca Stephani filia, Joannis nepte, Stephani alterius, cui Cerralvo Henricus 2. Rex donavit, pronepte, Alvari Peresij Osorii conjuge.

PALATINI RHENI. Pleræque hujus familiæ Serenissimæ lineæ Parte I. exhibitæ sunt: in hanc reservata est *Lauterеccia* sive *Luzelsteinia*, vel quo nomine in actis publicis vocitari solet, *Veldentia*, quā p. 1. exhibet.

Palma. p. 32. vid. *Portocarrero*.

PAPPENHEIM. Familiam hanc, quæ dignitatem *Mareschallatus* hereditarii in Imperio nostro gerit, à Calatino Romano, qui Druso & Tiberio bella gerentibus in Vindelicio remanserit, derivare volunt. Lineæ plures fuere; nam præterquam quod in Henrici, qui 1278. decessit, filiis Hildebrandus Pappenhemios in *Biberbach* sevit, prior Henricus primariam stirpem propagavit. In hac Henrici abnepos Haupto 4. filios habuit, totidem linearum autores. Conradus primus ex his fuerat, sed ejus posteritas etiam prima 1597. defecit. Henrici ramus in Maximiliano Landgr. *Stulingensi* 1639. exaruit. (hujus liberis destinatur tabula p. 80.) Georgii, qui tertius erat, abnepos Wolfgangus Adamus (Godofredi Henrici Com. à Pappenheim & celebris bello ducis filius) morte sua 1647. Istam lineam terminavit. Superest nunc posteritas Sigismundi, qui inter liberos Hauptonis quartus recensetur.

Parz. p. 56. vid. *Polheim*.

Pastrana. p. 32. vid. *Silva Mendoza*.

Pennaranda. p 36. vid. *Avellaneda*.

PIMENTELLI. In Portugallia celebris hæc familia fuit, ex Gallæcis eò profecta. Imprimis Vasco Martinez Pimentel in præcipuo honoris gradu apud Alphons. III. R. Portugal. viguit, sed eo inimicorum odio dejectus est. Filius ejus Alfonsus, nepos Joh. Alfonsus ac pronepos Rodericus bonus bellica virtute claruere. Roderico autem genitus est Joannes Alfonsus, cui Henricus III Rex Castiliæ Beneventum seu *Benavente* cum titulo Comitis concessit. Hic Rodericum Alfonsum genuit, Joh. Alfonsi, in quo Com. de *Mayorga* titulus cepit, atque Alfonsi patrem. Alfonsus ex minori filio Petro Dn. de *Villafafila*, avus extitit Bernardini primi M. de *Tabara*, & reliquorum (Confer de his p. 102.) satoris Major Alfonsi filius Rodericus Alfonsus Ludovicum M. de *Villafranca*, cujus filia *Maria* nomen *Pimentellium* & *Villamfrancam* Toletanis intulit, atq; Alfonsum C. de Benavente, hic, Antonium Alfonsum reliquorum Comitum satorem (consule de his p. 83.) atque Petrum Philippi 2. gratia *Marchionem* de *Viana* in Gallicia creatum, & novæ lineæ caput genuit.

Piney. p. 92. vid. *Lucenburg*.

Podiebradis. Vid. *Munsterberg*.

POLHEIM. Illustris hujus familiæ dispositionem parte prima enarravimus: In hac parte occurrunt probationes ex ramo *Wartenburgio* lineæ *Puchheimensis* p. 27. & *Schopfensteinea* p. 87. ex altero *Parzensis*. p. 56.

Pont de Vaux. p. 88. vid. *Gorrevod*.

PONTII DE LEON. Familia in Bætica provincia floret. Initio 1430. Petro Poncio Leonensi ex Dominis de *Marchena* Comitis *Metellini* s. *Medellin* titulus datus, dein ille in Civitatem

Arcuen-

Arcuenſem (de *Arcos*) 1445. translatus eſt. Filiorum primus Joannes genuit Rodericum & Emanuelem. Ille M. de *Cadiz*, creatus eſt, dein Dux de Cadiz, tum de *Arcos*: qui filiam habuit Franciſcam Ludovico Pontio de Leon Dn. de de Villagarſia & M. de Zara, filio Petri, & Ludovici, Roderico primo ut dictum eſt Comite nati, nepoti nuptam. In horum liberis Franciſcus poſteritatem habuit in opido Xerez de la Frontera: ſed major Rodericus Dux de Arcos, M. de Zara & Comes de *Caſares*, & reliquorum, in ... illi tituli propagati ſunt, ſator fuit. Hic (E. ...anuel, Joannis alter filius) Comes de *Baylen* à Rege appellatus eſt; ſed 1618. ultimus ex ejus poſteris Petrus C. de Baylen *ämus* deceſſit: Unde ob ſucceſſionem ortæ ſunt controverſiæ. vid. p. 73.

PORTOCARRERO. In hac familia Alfonſus Fernandez, Dominus de Moguer fuit, & ſucceſſores filium Martinum ac nepotem Petrum habuit. Hujus autem filia Maria Joanni Pacheco Girooi nupta hereditatem & nomē genti iſti intulit: inprimis Joannis filius Petrus, dictus ſurdus, cognomine illo uſus eſt, & in hujus liberis Joannes Marchio Villænovæ ſive *de Villa nueva del Freſno*: quos titulos heredes hucusque habent. Præterea Joannis frater Garſias Lopez Portocarrerus Dn. de *Alcala del Almeda* fuit, quam eandem ejus filius Petrus cum titulo Marchionis obtinuit, ſed poſtea per filiam ad Girones transmiſit. Mariæ prædictæ amita & Petri ſoror Franciſca vocabatur, quæ Ægidio *Boccanigra* Alfonſi filio, Ægidii Genuenſis, qui Admiralis Caſtiliæ factus eſt, nepoti, Palmæ Domino nupſit, unde liberi Portocarrerium nomen adſcivere. Pronepos ejus Ludovicus Fernandez Portocarrero, Comes *Palmæ* creatus eſt, & dignitatē ad poſteros transmiſit (Conſule pro hac linea p. 32.) Ejus etiam frater Fridericus Manrique Portocarrero poſteros habuit. Præter hanc Martini poſteritatem alius Alfonſi Dn. de Moguer filius Alfonſus Rodericum ſuſcepit, qui Comitis *Metellini* dignitate auctus eſt, ac eam ſuis poſt ſe reliquit: pro quibus ſervit p. 79.

PORTUGALLIA. Regis Portugalliæ moderni & germanorum majores indicat p. 122. Porro familiæ, quæ ex naturalibus liberis Regum horum prodiere, tres præcipuæ ſunt. Prima deſcendit à Dionyſio Dn. de Ciſuentes & deinde Alba de Tormes, Petri Regis ac Agnetis de Caſtro filio. Nam iſte Ferdinandum & Petrum genuit, hunc Dominorum de *Colmenerase*, illum Dominorum de *Torres*, *Villar* & *Dompardo*, qui demum Comitum axiomate ornati ſunt, patrem. Pro hiſce conſulas licet p. 90. Secunda *Bragantina* eſt ab Alfonſo D. Bragantiæ ac C. de Barcellos Joannis I. Regis notho deſcendens. Ex hujus liberis alter Alfonſus Comes de Ourem, Alfonſum Archiepiſcopum Eborenſem genuit, autorem Comitum de *Vimioſo*, cognominis Portugallici; alter Ferdinandus poſt patrem Dux ex tribus filiis totidem linearum ſator eſt. Primus Ferdinandus 2. Ducalem domum continuavit, ex qua nunc *Reges*, nec non Marchiones de *Flechilla*, & *Xarandilla*, atque Com. de *Oropeſa*, oriuntur. (Pro quibus in *Parte* I. p. 119. & 159. conceptæ ſunt, tum hoc in volumine p. 122. ſervit) Ejusdem rami palmites ſunt Comites de *Lemos*, Duces Taurifani, cognominis de *Caſtro*, quos etiam Parte ſuperiori deſcripſit p. 6. & iterum ex hiſce Comites de *Gelves*, quorum deſignatio p. 85. hoc in libro occupat. Medius Ferdinandi I. D. Bragantini filius fuit Alvarus Dn. de *Ferreira* numeroſæ poſteritatis ſator, in qua alii cum nomine de *Mello* Marchiones de Ferreira atque Comites de *Tentugal* (conſule p. 43.) alii Marchiones *de la Tour de Laguna*, alii C. de *Gelves*, alii demum Duc. de *Veragua* ac Marchiones de *Xamaica* dicti ſunt. Tertia linea ab Alfonſo deſcendit tertio Ferdinaodi filio, ac Comites de *Faro*, *Odemira*, atque *Vimiero*, cognom. de *Faro* & *Norogna* complectitur. Poſt Bragantinum tertius ſtolo è regia arbore prodiit, cum Georgium Ducem de *Conimbra* Joh. 2. Rex genuiſſet; huic originem debent Duces de *Aveiro* & *Torrennoves*, Marchiones de *Portoſeguro* & alii, cognomento de *Lancaſtro*. Vide geneſin Ducum illorum p. 101.

POTIER. Hujus familæ videbis *Duquarino* p. 104.

Prades p. 27 vid. *Corduba*.

Priego pag. 74. vid. *Corduba Figueroa*.

PUCHHEIM. Familiam hanc derivare volunt ab Alexandro Cummeo, qui Richardum R. Angliæ in Palæſtinam ſecutus, hoc ab Auſtriæ Duce capte, in Auſtria ſedem fixerit 1193. Nepos Albertus archidapifer hereditarius Auſtriæ ab Ottocaro conſtitui meruit. Hujus nepos Albertus III. per filios Pilgramum, Albertum IV. & Albertum V. totidem lineas ſevit. A Pilgramo deſcendit linea Comitum, quorum honori deſtinatur p. 82. *Puchheim*. Vide etiam in *Polheim*. p. 27.

PUTBUSCH. Generoſæ hujus Rugiæ familiæ probatiooem damus p. 119.

R.

Raiz. p. 34. vid. *Gondy*.

Randan. p. 18. vid. *Rupiſulcandii*.

REINSTEIN. Memoratur 1190. tempore Henrici Leonis quidam Henricus C. de Reinſtein. Ejus pronepoti Ulrico Reuſnerus dat liberos, Henricum ſatorem Blanckenburgiorum (in quo virum falli, & Blamontios in Lotharingiæ confinlis cum aliis Blanckenburgiis confundi reor) ac Ulricum reliquorum Comitum *Reinſteiniorum* & *Blanckenburgiorum* autorem. Cum extinctus eſſet ex his ultimus (cui parentatur exhibitione majorum p. 81.) ditiones ad Brunſuicenſes partim devolutæ ſunt, partim Tattenbachiis obtigere.

Rez p. 34. vid. *Gondy*.

RHEINGRAVII. De hac familia ſuperior Index egit. Huc *Salmenſis* ramus ſervatus eſt, in quo Principum geneſin explicat p. 21. & *Grumbachius*, pro quo loquitur p. 13. atque *Dannius*, in quo liberorum ex primo matrimonio probatio reperitur p. 23. ſed liberorum ex ſecundo matrimonio CXXIIX majores indicantur p. 123.

RIBERA. Illuſtris hæc familia è Gallicia oriunda, à Ramiro ultimo Ovetenſi ac Legionenſi

nensi Rege per masculos se descendere jactat. In illa Ruis Lopezius de Ribera meritis sub Alfonso, ultimo inclaruit, filius autem Perafanus judex major (Adelantado) Andalusiæ fuit. Eundem honorem filius Didacus Gomesius gessit, & nepos Perafanus: Hic verò Comitatus *de los Molares* titulum prioribus adjecit. Porrò hujus duæ filiæ, Beatrix & Catharina, Petro Henriquez Dn. de Tarifa nuptæ successionem & nomen *Riberanum*, Henriquezüs intulerunt, qui & retinuerunt transmissa decora, & Dnc. *Alcale*, ac March. de *Tarifa* & *Villanova* dignitate auxerunt. (Duces Alcalę repræsentavit p.1.p.98. March. de Villanova hoc volumine p.53.) Præter hanc præcipuam lineam Perafani supradicti filii etiam, ac Didaci Gomesii fratres fuerunt Rodericus (ex cujus posteris Perafanus Comes *de la Torre* creatus est,) Consalvus Marinno & Michaël Lopez, singuli peculiarium linearum autores: Inprimis Payo sive Paganus de Ribera, Dn. de *Malpica* & *Valdepusa* atque Marescallus Castiliæ: Verùm cùm hujus filii prole carerent, per filiam Aldonciam successio & nomen Ribera ad *Barrosios* translatum est; ex his enim Petro Gomesio ista nupserat. Hujus posteritas huc usq; duravit; & March. de *Malpica* nomen impetrårunt. conf. pro illis p.51. Præter enumeratos, Marchiones de *Montemajor* familiæ de Silva, nomen Riberanum gentili suo adjiciunt, ob matrimonium Joannis 1. C. de Cifuentes & Agnetis Riberę.

Rietberg. p.107. vid. *Frisia*.

Risco. p.63. vid. *Davila*.

Roannois seu *Rodumnis*. p.34. vide *Gouffier*.

Rochefaucaut. p.18. vid. *Rupifulcaud.*

Rochefort. p.59. vid. *Lewenstein*.

Rochepozay. p.33. vid. *Castanei*.

Rodnegg. p.77. vid. *VVolckenstein*.

ROHAN. Montbasonius ramus huc servatus est, & ejus probatio p.6. exhibetur.

ROIAS sive ROXAS. Joannes Rodriguez de Roxas Regis Sancii IV. amicitiâ singulari claruit, & Martinum genuit atque Joannem Rodriguez. Ille dominus de *Poza*, hic de *Mora* autor est. Martinus Didacum Martinez & Sancium Sanchez filios habuit, Didacus Lupum Diaz, iste Sancium Sanchez Dn. de Poza, cujus filia Sancia successionem attulit marito Didaco Fern. de Corduba Dn. de Baena; unde hujus filius Joan. Rodriguez de Roxas dictus Pozam tenuit, Pater Didaci & Gomesii Manrique de Roxas Dominorum de *Requenna* satoris. Verùm à Didaci filia Elvira, uxore sua Pozam recepit agnatus ex Sancii Sanchez prioris posteris. Didacus de Roxas, Dn. de *Monzon* & *Cabia*, Joan. de Roxas 1. M. de Poza & hujus successorum pater. (Familiæ hæreditas demùm Marianæ de Roxas conjugio ad Lud. Ferdin. de Corduba & Cardona D. de Sesa devoluta est.) Ex Monzonnensi linea etiam fuit Agnes de Roxas, Fernando Gutierez de Sandoval nupta, à qua cognomen illi genti (vid. p.8.) Ulterius Lupus Diaz prædictus præter Sancium Sanchez Ruisium Diaz genuit, Dn. de *Santacruz del Campezo*, quorum hæreditatem adivêre Mendozio-Guzmannii de Orgaz. Alterum ramum arboris quod concernit, qui in Joan. Rodriguez cepit, exaruit ille maturiùs. Siquidem Joannis neptis Teresia Gomesia de Roxas Francisco Vasquez de Toledo Dn. de *Villamejor* nupta, nomen gentile huic familiæ intulit, inde iterum per fœminam migravit ad familiam de Cazeres & Escobar, quorum posteri Comites de *Mora* dicuntur.

Rojas. vid. etiam *Sandoval*. p.8.

RUPIFULCAUDII sive DE LA ROCHEFAUCAULT. Familia hæc antiquissima est inter illustres Galliæ; memoratur in ea Fulco 1026. Sæculo 14. Emericus III. Guidonis & Raymundi pater fuit: hic Dn. de *Vertueil*, filium Joan. Dn. de *Barbesieux* genuit, cujus filia Maria agnato Joan. nupta huic hæreditatem apportavit. Ille (Guido) ex Margareta Craonia hærede pater erat Fulconis & Aymari. Aymari filia Joanna Dominium de *Montbason* marito Joanni du Fou, à quo ad Rohaneos delapsum est, attulit. Nova divisio cœpit, cùm Fulconis nepos Franciscus Franciscum II. Antonium & Ludovicum genuisset. A Ludovico descendunt Barones de *Montendre*, ab Antonio Domini de *Barbesieux* & de *Chaumont*. Franciscus autem primogenitus ex filiorum altero Francisco II. reliquos Comites (qui nunc Duces) *de la Rochefaucaut*, nec non Comites de *Roucy*, ex altero Carolo Comites de *Randan* prosevit. Hisce destinatur p.18.

S.

SAAVEDRA. Ex Gallicia in Andalusiam familia illa transiit. Titulo usa est Dominorum *del Viso* & *Castellar*, donec Joannes Arias de Saavedra à Carolo V. honorem Comitis de Castellar obtineret, qui hactenus in ejus posteris continuatus est per filium Fernandum Ariam. Reliqui autem Comitis illius filii Rodericus, Joannes, Franciscus & Ludovicus, singuli peculiares ex se lineas dederunt. Prætereà dicti Comitis patruus magnus Consalvus Arias de Saavedra Marescallus Castiliæ longam posteritatem sevit, cujus partem Dnn. *de Alcala de Juana*, *de Orta* constituunt. Comitibus de Castellar sacra est p.86.

SALM. p.21. vid. *Rheingrav*.

SANDOVAL. Familia hæc duas præcipuas stirpes complectitur à duobus fratribus Gutierio Diaz de Sandoval, & Alphonso Ruiz, Ruisio Gutierezio de Sandoval, & Joanna Ruia de la Vega genitis. Hujus posteri fuêre Dni. *de Ventosa*, quorum tandem successio ad Petrum de Ribera Cuello Dn. de Villarejo, delata est, & in ea familia titulo Comitum de *Ventosa* crevit. (Ex postgenitis hujus lineæ fuêre Sandovalli cogn. Portocarreri, Dn. de *Carazena*.) Ille (Gutierius Diaz) *Lermensem* ramum propagavit. In eo inprimis inclaruit Didacus Gomezius de Sandoval, Fernandi Gutierez, & Agnetis de Rozas (unde nomen assumtum) filius 1426. primus titulo Com. de *Castrogeriz* à Rege Joanne 2. mactatus, ob varia munia gesta & egregia obsequia præstita. Ex filiis ejus, minore Petro Domini de *Bababon* descendunt; major Fernandus in Comitatu successit: Pater Didaci Gomesii, qui Marchio de *Densa* creatus est 1484. & hujus filius Bernardus Comes de *Lerma*. Isto genitus est Ludovicus, hoc Franciscus; cujus filius Franciscus Gomesius, Ducis

Lermæ

Lermæ 1599. axioma domui intulit: Sed neque hîc ſtetit Regia clementia; nam pro filiorum altero etiam Ducis *Uzeda*, altero March. de *Belmonte*, pro nepote autem Ducis de *Cea* tituli acceſsêre. vid. hanc geneſin p. 8.

Sanroman. p. 102. vid. *Davila*.

Santacruz. p. 96. vid. *Bazan*.

Santſtevan. p 86. vid. *Benavides*.

SAYNENSES. Saynenſis familiæ σκιαγραφία in ſuperioris partis indice quærenda eſt. Hic p. 35. progenitores Annæ Eliſabethæ, in qua præcipuus Saynenſis ramus, hæreditate ad ipſius ex Wilhelmo agnato poſteros tranſmiſsâ, defloruit, repræſentantur.

SCHAUENBURG ac HOLSAT. Familiæ diſpoſitionem prioris partis index dedit. Hîc p. 16. progenitores dantur, illius qui ſolus noſtro tempore principali axiomate in ea fulſit. Tum ramum Sleſuicenſem ſive Rensburgium p. 49. exhibet.

Schleuſingen. p. 50. vid. *Henneberg*.

Schmuedelfeld. p. 123. vid. *Limpurg*.

SCHOENBURG. Antiquitate & affinitatibus illuſtribus hæc familia inter Imperii Status claret. In Erneſti filiis (alii tamen aliter ſentiunt) ſuperiori ſæculo lego, tres ortas eſſe lineas, *Glauchenſem*, *VValdenburgiam* vel *Liechtenſteinam* & *Pennicenſem*. Ex illis prima in ſecundo gradu defecit. Duæ reliquæ hactenus ſuperfuêre. Quæ p. 7. tabula continetur, mediam reſpicit.

Schopffenſtein. p. 87. vid. *Polheim*.

SCHWARZENBERG. Erckingerus ex Saynsheimia familia 1428 Baro in Schwarzenberg creatus eſt, ac præter alios Michaëlem & Sigiſmundum filios genuit. Ab hoc linea deſcendit, quæ prima Comitum axioma impetravit, ſed 1642. in Georgio Ludovico defecit. Michaël duos filios genuit ſibi cognomines: Majoris natu filius Erckingerus cum Maximiliano I. profectus in Belgium, hîc fortunę ſedem collocavit: autor denuò duarum linearum, quarum prioris δενδρογραφίαν exhibemus p. 66. alteram Adolphus celebris belli in Turcas Dux, inprimis nobilitavit, & Comitû etiam dignitatem ei intulit. Alter Michaëlis filius etiam Michaël ramum Baronum ex ſe dedit, qui in Friſia commorantur, & cum agnatis de agnationis titulo diſceptant.

Schvvarzenfels. p 116. vid. *Hanovia*.

Sigmaringen. p. 25. vid. *Zollern*.

DE SILVA. Luſitaniæ originem debet familia. Præcipuæ ejus lineæ duæ ſunt. Altera Com. de *Ciſuentes* complectitur, altera Duces de *Paſtrana*. Hæc à Didaco Gomezio de Silva, Du. de Chamuſca, miniſtro Joannis 1. R. Luſit. deſcendit, cujus abnepos Ruis Gomeſius ad Philip. 2. R. Hiſp. tranſiit, & ſervitiis, ut Dux Paſtranæ crearetur, meruit. Ab uxore ejus Anna Mendozia Principis Meliti filia, liberi Mendozium nomen ſuo adjecêre. conf. p. 52. In his Rodericus Ducale axioma *Paſtrana* continuavit; Didacus D. Francavillæ ab uxore Anna Sarmiento de Villandrado, Com. de Salinas ac Ribadeo, ac dein titulum March. de *Alenquer* nactus eſt: demum 3. Ruis Gomeſius C. de *Galbe*, honorem March. de *Liſeda* obtinuit. Illa linea (Com. de *Ciſuentes*) deſcendit ab Aria Gomeſio de Silva, qui ſub Ferd. R. Portug. claruit. Hujus enim pronepos Joannes Comitis nomen primus geſtavit, ac poſt eum filius Alfonſus autor reliquorum Comitum. Cùm horum directa linea defeciſſet, ſucceſſit Petrus de Silva Giron, de Alarcon, ob matrem de Silva, ex Dnn. de *Villarejo de Fuentes* oriundam. Alius Joan. 1. C. filius Joannes de Silva & Ribera, Dnos. de *Villaſeca* ac Marchiones de *Montemayor* genuit.

Sleiden. p. 61. 97. vid. *Manderſcheid* & *Marck*.

Sleſvicenſes p. 49. vid. *Schauvvenburg*.

SOLMS. Hujus familiæ diſpoſitionem pars 1. recenſuit. Huc reſervatus eſt ramus *Lichenſis*. p. 28. *Hohenſolmsius*. p. 46. tum ex *Greiffenſteina* linea liberorum ex 2. matrimonio progenitores CXXIIX. indicat p. 121.

SOTOMAYOR. Celebrem reddidit hanc Galliciæ familiam Gutierius Mag. Ord. Alcantaræ 1456. mortuus, pater plurium liberorum, in quibus primogenitus Alphonſus C. de *Belalcazar* creatus eſt ab Henr. 4. R. ac reliquos Comites, quibus dein à Tereſia de Zuniga Duc. de *Bejar*, & March. de *Gibraleon* obtigit (vid. p. 99.) propagavit. 2. Joannes Dn. de *Alconchel* fuit, ſed ſucceſſionem per filiam Mariam ad Zunigas tranſmiſit. (unde M. de *Mirabel*.) vid p. 69. 3. Ferdioandus itidem filios & nepotes habuit. Horum ſoror Maria uxor Ludov. de *Chaves* prolixam quoq; poſteritatem ex ſe dedit, nomine de *Sotomajor* ad illos tranſmiſſo. Præter illos alii ſunt cognominis *Mendez Sotomayor* Dnn. *del Carpio*. Hi ad Manueles maternum genus referunt, & eorum hæreditatem demum Domus de *Haro* crevit vid. p. 96.

STAHRENBERG. Familiæ originem referunt ad Vinulphum Styriæ Præfectum circa 408. Ex hoc enim deducunt Albertum & Ottocarum primos autoritate Regis Pipini Styriæ Marchiones, conditores monaſterii Tegernſeenſis, & demùm in eo monachos. Ab hoc Ottocarus VI. derivat quem primum Comitem Styriæ dicunt, pater inter alios Ottocari, Alberti ſive Alberonis, & Bernardi. Primi progenies defecit in Pronepote Ottocaro X. vel XI. Marchione, ac deinceps Duce Styriæ, qui 1192. moriens Leopoldum Auſtriæ Marchionem hæredem ſcripſit. Alberonis pronepos Gundaccarus arcem condidit Stahrenberg 1176. ac filios ſuſcepit Gundaccarum atque Dietmarum. A priori Domini de *Stahrenberg* deſcendunt, in plures ſæpe diviſi lineas. Inprimis Gundaccarus iſtius nepos, cùm liberos haberet Rudigerum & Gundardum duplicem habuit poſteritatem; ſed quæ ab hoc proſata eſt, defecit iterum. Denuò aliquot linearum communis parens fuit Rudigeri abnepos Eraſmus, qui 1560. mortuus eſt. Pro ejus pronepotibus (neque enim ſingularum linearum exactam rationem reddere ſcio,) confecta eſt tab. 14. Ditmarum quod concernit, is *Loſenſteinios* Dominos proſevit, nunc æquè ac priori lineæ contigit, Comitum titulo inſignitos. Tertius Ottocari VI. filius Bernardus Gundaccarum genuit, Dominum de *Perneck*, reliquorum de Perneck, Græcio, & Enſthal ſatorem: cujus poſteritas maſcula in Wilhelmo, alter ſexus in Urſula virgine 1547. deſiit, atque Ottonem Dn. de *Hohenberg*. Hujus poſteri nomen idem propagârunt,

donec Erasmus ultimus clauderet familiam, filiâ Annâ tantùm relictâ, quæ Roggendorfio clocata est.

SUAREZ DE FIGUEROA. In familia hac celebris fuit Laurentius Suarez de Figueroa Dn. de Zafra & Feria, sub Henrico II. Joanne I. & Henrico III Regibus idem Mag. Ord. S. Jacobi fuit, & post egregia gesta 1409. excessit. Ex conjuge Maria de Orozco suscepit filium Gomesium Suarez de Figueroa successorem, non minùs gestis & officiis clarum, atque Catharinam, Inico Lopezio de Mendoza, M. de Santillana nuptam. Ab hac filius tertius Laurentius Suarez de Mendoza & Figueroa appellatus est, & cùm priùs Vicecomes de Torya fuisset, Comes *Crunna* creari meruit: hujus etiam posteri cum hæreditate ejus cognomen *Suarezium* nunquam non Mendozio annexum servârunt. Vide pro illa linea p. 14. Quod verò supra dictum Gomesium Suarez de Figueroa concernit, patris successor & iterum pater Laurentii fuit atque Petri. Ab hoc derivatur linea Dominorum de *Barras & Cuervo*, qui cognomen *Lasso de Vega* gentili suo prætulere. Ab illo vero, qui primus elogium Comitis Feriæ obtinuit, genitus est Gomezius, pater Laur. Suarez de Figueroa, & Garsiæ à matre cogn. de Toledo nacti. Garsiæ successio per fœminam ad Fonsecas March. de Orellana translata est cum nomine de Figueroa. Laurentius, cujus uxor *M. de Priego* fuit, genuit Petrum Fernandez de Corduba Figueroa, Catharinæ M. de Priego patrem, Gomesium Suarez de Figueroa, Ducem primum Feriæ & reliquorum satorem, atque Alfonsum Fern. de Corduba & Aguilar, neptis maritum & Marchionum de Priego continuatorem. Ducum de Feria genesin dat p. 112 Marchionum de Priego p. 74.

SUECIA. Ut [illegible] ullas primi ex sua familia Regis, ejusque conjugis Margaretæ Levvenhauptiæ majoribus pleniùs quàm vulgo constaret, p. 3. illi LXIV. exhibentur.

Tabara p. 102. vid. *Pimentel.*

Taxis. p. 5. vid. *Turriani*

Teba. p. 6 vid. *Guzman*

Tonsinga p. 43 vid. *Portugal.*

TESCHINENSES. Ex Piastea familia, quæ Poloniæ & Silesiæ tandiu imperavit, Uladislai Poloniæ Principis, a fratribus Principatu pulsi, filii Boleslaus & Micislaus plurium ramorum autores fuère. Illius posteri Silesiæ inferiori præfuere, sed ex illis non nisi Lignicenses supersunt. Micislaus [illegible] ctioris Silesiæ Principis nepos Uladislaus ex tribus filiis Casimiro, Boleslao, Primislao eundem Ducum Teschinensium, Opoliensium, Ratiboriensium stirpes dedit. [illegible] secundo gradu, *ista* superiori sæculo, *illa* nostrâ de memoria defecit. Penultimi ex Teschinensibus [illegible]oném exhibuit p. 49.

THO[illegible]A. In familia hac primum reperio Hugonem Dn. de Th[illegible], circa 1050. Accessit deinde etiam titulus de *Villars*, & in penultimo stirpis Humberto, pro quo confecta est p. 64. Comitum *Geneva*: in secundogenitis nomina de *Beaur[illegible]* & de *Montelier* reperiuntur. Cæterum ex hac gente plurimi Abbates, Episcopi, Archiepiscopi prodierunt. Ex notho processit linea, quæ cognomen de *Lyarens* sive *Glareus* assumpsit, ac alium ramum Dominorum de *Surpierre* ex se emisit. Utraque vero defecit.

Thorigny. p. 39. vid. *Goyon.*

Thurn. p. 43. vid. *Turriani.*

Tilly. p. 87. vid. *Tserclaes*

TOLEDO. Hanc familiam aliqui ex Græcia deducunt, & progeniem faciunt Palæologorum, qui Orienti imperàrunt. Autori ejus Petro Alfonsus VI. Rex Toleto devicto multa prædia donâsse dicitur: quæ ratio nominis Toletani. Ex ea Garsias Alvarez de Toleto Alfonso sapienti Regi Castiliæ fideliter inservivit, filius hujus fuit Garsias Alvarez, aliis Alvarus Garsias dictus, & nepotes Garsias Alvarez M. Mag. S. Jacobi, pro quo magistratu à Rege Henrico *Oropesam & Valdecornejam* accepit, & Fernandus Alvarez, à fratre Valdecornejam successione nactus. Inde 2. capitales rami. *Oropesa* penes Garsiæ filium Ferdin. Alvarez remansit: Hic Garsiam Alvarez genuit, & Garsias Fernandum Alvarez, Comitis de Oropesa dignitate ornatum, & reliquorum Comitum satorem, quorum successio ob masculorum defectum à Beatrice March. de Xarandilla, marito Bragantino M. de Frechilla allata est. (Confer pro horum genesi part. 1 p. 119) Præfati Fernandi patruus Didacus Lopez de Ayala Dominos de *Cebolla* & Castillo de Villalva sevit. In altero ramo primario Ferdin. Alvar. Dn. de *Valdecorneja* præter Gutierrum Alvarez Archiepiscopum Toletanum genuit Ferdinandum Alvarez de Toledo, Dn. de *Higares*, cujus posteritas eundem titulum servavit, ac duobus his majorem Garsiam Alvarez, successorem in Valdecorneja, patrem Ferdinandi, qui primus Comes *Albæ* sive de *Alva de Tormes* nominatus est. Hujus filium Garsiam Alvarez, C. de Salvatierra, M. de Coria, & Ducem de Alba Rex creavit. Inter ejus liberos Fernandus Dominos de *Villoria*, ex quibus dein Comites de *Ayala*, Garsias Dominos de *Horcajada*, Petrus Dominos de *Mancera* dedit, sed primogenitus Fridericus Alvarez ducale axioma propagavit. In hujus liberis nova oritur divisio, nam à Garsia Alvarez primogenito reliqui Duces de Alba & Huesca descendunt: Ab altero Petro Prorege Neapolitano & uxore Maria Osoria Pimentella, M. de *Villafranca*, Marchiones reliqui cum agnomine de Toledo Osorio derivantur: & his etiam titulus Ducum de Fernandina, & Principum de Montalvan accessit. Consule pro istis p. 89. Præter enumeratas alia linea est Dominorum de *Tocenaque*, in quibus obtigit Comitis de *Cedillo* titulus uni Antonio, sed posteri ejus cum cognominibus de *Luna & Ponce de Leon* Dominorum appellatione contenti fuerunt.

Torres. p. 90. vid. *Portugal.*

Torres novas. p. 101. vid. *Portugal.*

Trastamara. p. 100. vid. *Osorio.*

Traun. vid. *Abensberg.*

TREMOLLII. Principis de Tarento liberos recenset, & modum pro illis CXXIIX. progenitores componendi innuit p. 121.

Trostburg p. 55. vid. *VVolckenstein*

TRUCHSESSII sive DAPIFERI IN WALDPURG. Quibus fabulæ non sordent, Gebhardum Romuli Ducis Sueviæ sub Constantino M. Dapiferum fuisse credunt. Referunt etiam Dapiferos hos Waldpurgios, Pincernas de Winterstetten, & Dominos de Thanne a tribus fratribus satos esse. Sed meritò hæc omittimus. Certiora an æquè incerta sunt, quod Babonem sub Carolo Martello, & Mangoldum sub Carolo M. 801. Dapiferos ac Dominos de Waldpurg notant? Inde Eberhardum Friderico I. Imperatori Dapiferum dant. Imprimis autem celebris est Henricus, qui 1268 à Conradino ultimo Sueviæ Duce in pegmate ferali datum annulum vel chirothecam in hæreditatis indicium Aragoniæ vel Castiliæ (variant enim, qui referunt) Regi attulisse, ac in hujus rei memoriam leone Suevicos insignibus loco, ut nunc quoque servantur, obtinuisse dicitur. In Joannis, qui 1401 decessit, filiis, tres lineæ cepere. Prima in Eberhardo, *Sonnenbergensium* Comitum, quæ superiori sæculo defecit. Altera *VVolfeggica* in Georgio, quæ nunc quoquè superest, & iterum in duos ramos dividitur, Comitum in *VVolfeck*, (vid. pro his p. 38. eorumque liberis p. 123) atque Comitum in *Zeil*, (Hisce destinatur p. 18.) Tertia demùm *Scheerensis* in Jacobo cepit. Ea nunc in duas denuò secatur. Priorem Comites *Trauchburgenses* in *Scheer* constituunt, alteram Comites de *Friedberg & Trauchburg*. Dapiferorum sive Truchsessiorum nomen gentile à dignitate initio fuere sortiti, cùm Dapiferi sint Imperii sub Archidapiferis Palatino-Bavaris.

TSERCLAES. Derivant hanc gentem à Gedeone Domino in Osteel, & Marienhoven, qui 1064. mortuus, & Jodoci, Henrici ac Philippi pater fuerit. Ab hoc Domini in *Berselgen*, ab isto Domini in *Gulpen* descenderunt. A primo autem Domini de *Cruyckenburg & Tilly*. Horum famam celebriorem reddidit Joannes Comes de Tilly, Cæsareus & Ligæ Dux militaris. Hujus rami probationem damus p. 87.

TURRIANI. Hæc illustrissima familia, quæ Mediolano olim præfuit, à Regum Galliæ secunda stirpe derivari amat. Ut verò antiquiora omittamus, in ea Martinus cognomento Gigas, primus nomen Turriani sive de la Torre assumpsisse dicitur. Hic sub Conrado III. in Palæstinam 1146. profectus, sed ad Damascum captus à Saracenis, diris modis excruciatus, ac demum occisus est. Filius ejus Jacobus Turrianus Comes de Valsassina, Paganum, Joannem & Philippum genuit. Ex his Paganus, cùm plures Mediolanensium exules ab Imp. Friderico II. pulsos hospitio excepisset

cepisset, a populo civis & prætor, dein ab Imperatore Vicarius Imperii Mediolani creatus, sed asperiori paulo in Nobiles imperio usus est. Mortuo 1241. successere fratres Martinus & Philippus. Ex filiis Pagani præcipui fuere (nec enim omnes hic recensendi sunt) Hermannus, Napoleon, Franciscus, Salvinus. Quod *primum* attinet, ejus nepos Lombardus Phœbum & Raimundum genuit, ille Castellati, quod à Principibus Goritiæ feudo habebat, Dominus, posteros in quartum gradum habuit, hic in plures. *Napoleon* Mediolanensibus post patruum Philippum præfuit, sed ad extremum infelix bello adversus Ottonem Archiepiscopum captus, vitam in carcere miserrimè finivit. Filius Conradus cogn. Musca, iterum Mediolani dominatum arripuit, hujus verò filii urbe à Vicecomitibus pulsi sunt. Ex his Florimontanus cogn. Musca, posteritatem numerosam habuit, qui ipsi quoq; Baronum & Comitum Valsassinæ titulos gestârunt. *Franciscus* tertius filius, non minùs Vicecomitum hostis, & tandem prœlio occisus, novam dedit stirpem, cùm Guidonem genuerit, Mediolani feudo Imperiali Dominum, patrem inter aliòs Lamorati, qui domus infortunio cedens, in Bergomensem agrum transivit, ac in valle Cornelia sedem fixit, monte Tasso acquisito: unde *Tessi rum* sive *Taxierum* nomen, Turriano omisso, natum est. Ex posteris ejus Rogerius primus Austriacæ familiæ se addixit, in aula Friderici III gratiosus. Inde filius Franciscus, ac ex alio Simone nepos Franciscus junior, ac Rogerius familiam meritis illustrarunt: Illi generalis postæ sive veredariorum præfecti munus collatum est à Maximiliano. Hic a tribus filiis totidem lineas propagavit; Joannes Baptista in Belgio sedem fixit, & ex Raimundo Comitum de *Villamediana* in Hispania, qui jam extincti, atque ex Leonardo Barone *Belgici* rami, in quo Lamorallus ejus filius Comitis dignitatem primus impetravit, sator extitit. David alter Rogerii filius in *Tirslensis* Comitatu vixit, eorum qui præfecturam cursuum publicorum *Venetis* exercuerunt, autor. Denium Simon in *Italiam* rediit, ac ab ejus filiorum altero Rogerio, lineæ, quæ *Mediolani* sedem retinuit, altero Antonio, Marchiones de *Paul*, descenderunt. (Belgici rami, qui nunc gentis caput est, propagationem videbis p. 50. NB in ea tabula, ex latere materno error aliquis corrigendus est. Nam Lamoralli Egmondani Principis Gaueræ avus maternus, non *Joannes*, sed *Jacobus Lucenburgius* fuit.) Demùm ex Turrianis *Salvinus* quartus Pagani filius, Volcanum genuit, qui Rubiach a Comite Goritiæ feudi titulo accepit, atque in Forum Julium familiam suam transtulit, ubi Goritiæ Comitibus multa præstitêre officia. Trinepos Volcani Antonius Præfectus Goritiæ Nicolaum, Andream; & Vitum genuit, qui à Carolo V. Barones *S. Crucis*, & Comites Imperii, atque Carniolæ Præfecti prætorio hæreditarii creati sunt. Andreas per Achatium filium familiam propagavit, Vitus sive Guido, per Franciscum (qui primus in *Bohemia* fortunæ sedem fixit) plurium liberorum patrem. Ex his oriuntur, quorum honori destinata est p. 43

V

Valle de Guaxaca p. 70 vid. *Cortes.*
Valsassina. p. 5. & 43. vid. *Turriani.*
Ve-ar. p. 99. vid *Zuniga Sotomayor.*
Velada p 102. vid. *Davila.*

VELASCO. Hæc gens inter illustriores Castiliæ familias refertur, & in ea Joannes de Velasco, filius Petri, nepos Ferdinandi, pronepos Sancii, Dominus de *Brebiesca & Medina de Pomar*, ac Camerarius Henrici III Regis fuit. Genuit ille Petrum Fernandez de Velasco & Fernandum. Ab his duæ stirpes: Illa Comitum de *Haro* est, cùm præfatus Petrus titulum hunc obtinuisset: Hæc Comitum de *Siruela*, quam dignitatem Fernandi filius Joannes impetravit. In *Harensi* Petrus præter Sancium de Velasco, Dominum de *Arnedo*, patrem Antonii (ad quem ab uxore dignitas Comitis de *Nieva* pertigit & propagata est) genuit Petrum Fernandez de Velasco. Iste Conestabilis Castiliæ & Legionis fieri meruit. Inter hujus filios Bernardinus Conestabilis & Dux de Frias ex amica suscepit Bernardinum Dominum de *Castelnegertego*, cujus posteri titulum Comitum de *Salinar* impetrârunt, ac Petrum Fernandez de Velasco & Figueroa, Dominorum de *Saldanna & Saldannuela, Costorta* ac *Silanes* autorem: Successorem muneris & titulorum Bernardinus habuit fratrem legitimum Inicum Fernandez de Velasco, à quo reliqui Duces *de la Ciudad de Frias*, Comites de *Haro*, & Conestabiles Castiliæ (vide pro his p. 35.) nec non per Inicum Annæ de Herrera maritum, Marchiones de *Aunnon* derivantur. In ramo Siruelensi, Joannis primi Comitis neptis Leonora titulos & successionem marito Christophoro de la Cueva attulit. Ad eundem ramum spectat palmes Velascorum Dominorum de *Carrion & Salinas*, qui nunc Marchiones de Salinas audiunt, nec non Dominorum de *Villerias* à Petro Joannis primi Comitis Siruelensis fratre per duos filios Antonium & Petrum protuberans. Præter hos tertius Joannis ac Petri frater Arnaldus posteros habuit. Tùm ad genuinum Velascorum sanguinem quoque se referunt Domini & Comites de *Ribilla*, qui à Sancio Sanchez, supradicti Joannis Harensium & Siruelensium autoris fratre, derivantur. Præter istos Velascorum nomen Comites de Alcaudete paterno Cordubensi adjiciunt, ob Mariam de Velasco Alfonso Fernandez de Corduba nuptam, à qua descendunt, Alcaudeti Comites exhibet p. 120

Veldenz. p. 1. vid. *Palatini.*
Ventadour. p 108. vid. *Levis.*
Veraco. p. 120. vid. *Budo.*

VERGY. Familiam hanc historia luculenter excoluit Andreas du Chesne, eamque derivat à Varino Comite vel Gubernatore Arverniæ, patre Theodorici C. de *Mascon, Challon, Autun*, avo Manassis iterum C. de *Challon, Auxois, Beaune, Dijon.* Hic Manasses genuit Giselbertum Ducem Burgundiæ, cujus filia Ducatum marito attulit, ac Manassem C. de Dijon & Auxois. Huic filius fuit Rudolphus, & quod alii addunt Manasses 3 familiæ de *Coligny* autor. Rudolphus nepotem habuit Gerhardum de Vergy, Roberti & Godofredi Dn. de *Donzy & S. Aignan*, cujus posteri Comitatum *Nivernensem* etiam obtinuere, patrem: Gerhardus filium Savaricum C. de Challon genuit. A cujus majori filio Comites illi propagati, ab altero Simone Domini de *Vergy*, in varias lineas distincti, Dominorum de *Beaumont sur Vigenne, Beauvoir, Mirebeau, Fonvens, S. Desier, Achey.* omnium diutissimè duravit ramus Dominorum & tandem Comitum de *Champlitte*, cujus memoriam conservat p. 98.

VIEDMA. Originem familia trahit ex Gallicia. Duo præcipui ejus rami sunt, quorum alter Dominorum de Viedma & Ribera desiit in Elvira, Didaci Lopezii de Zuniga Dn. de Monterrey uxore, quæ cum successione nomen attulit ad *Zunigas*, à quibus tamen ad plures familias ista pervagata est. (Confer p. 19.) Altera linea Dominorum de *Sotobermudo* & *Lima* fuit, ac sedem in Andalusiæ civitatem Jacnam transtulit. Hæc hæreditate Benavidiorum auctâ ipsum nomen omisit proprium, unde qui ex illa descendunt, in Benavidiis quærendi sunt.

Villafranca. p. 89. vid. *Toledo Osorio*
Villalonso. p 114. vid *Ulloa.*
Villa nova del Rio. p 53. vid *Henriquez de Ribera.*
Villar dompardo. p. 90. Vid *Portugal.*
Villars p. 64. vid *Thoire.*

ULLOA. Familia ex Gallicia originem trahit. Præter Vascum Lopez de Ulloa Agnetis de Moscoso maritum ac Lupi Sanchez de Moscoso Ulloa 1. Com. de *Altamira*, avum, patrem, atque Sancium Sanchez de Ulloa, Dominum de Ulloa & Monterroso editum, Teresiæ de Zuniga & Viedma Vicecom. de Monterrey conjugem, qui per filiam Franciscam hæredem, Comitatus de *Monterrey* titulum, à se partum ad Azevedios transmisit (vid. p. 19. & p. 95.) celebris fuit Doctor Petrus Yannez de Ulloa Consiliarius Joannis 2. Regis. Hujus duo filii alter Joannes Dominos de *Villalonso*, ex quibus ejus abnepos Joan. Casp. de Ulloa Comitis de Villalonso dignitatem obtinuit, alter Rodericus Dominos *de la Mota* severunt. Hisce itidem nepos Roderici Rodericus Marchionum axioma obtinuit. (vid. pro hisce p. 114.) Petri Yannez germanus erat Joan. Alf. de Ulloa, pariter Joan. 2. Consiliarius: Hic Beatricem Petri Roderici de Fonseca filiam ac hæredem duxit, unde præter Alfonsum Archiepiscopum Sevilensem Petrus & Fernandus de Ulloa Fonseca nati. Horum posteri patrio omisso nomine, Fonsecæ dicti: *illius* Domini *Villanova de Cannedo*, demùm Comitatus dignitate exornatæ, *hujus* Domini de *Coca & Alaexos*, & per proneptem in Toletanam domum elocatam Comites de Ayala fuere.

Vceda. p. 8. vid. *Sandoval.*

W.

Waldenburg p.121.123.vid.*Hohenlohe*.
Waldpurg p.18.38.vid *Truchsess*.
Wallerstein.p.26. vid.*Oetingen*.
Wartenburg.vid.*Polheim*.
Weissenhorn.vid.*Fugger*.

WELZER sive de WELZ.Familię, quę jam sęculo 14.floruit, duo principales rami sunt, *Styriac* & *Carinthiac*: sed uterque pluries subdivisus est.Unius è Styria linea honori destinata est p.76. Nec prætermisissemus reliquas,si ad manus necessaria fuissent.

Westerburg p.75. vid *Leiningen*.

WIED. Cùm familia hæc diu inter illustriores habita fuisset, oltimus marium Wilhelmus Comitatum 1454. fratris Joannis nepoti Friderico, ex Dominis *Runckelia* descendenti donavit. Unde nova stirps. Hæc in duabus lineis consistit, autoribus Friderico in *Wied*, & Joanne Ernesto in *Dierdorf*, Hermanni filiis. Illius soboli sacra est p.4.

Wiesensteig.p 9.vid.*Helffenstein*.

WIRTENBERG. Hujus plerasque lineas dedimus pari.1.Hic ostenduntur progenitores CXXIIX. rami *Munsterbergici*. p.123.

WOLCKENSTEIN. Castrum Wolckenstein emit ex familia de *Pradel*, vel de *Vilanders* oriundus Randoldus.qui 1319. mortuus est Inter ejus filios Conradus III. de Vilanders primus Wolckensteinium cognomen gessit, & hujus filius Fridericus communis est duarum linearum pater, *Trostburgia* & *Rodneccia*, illius per Michaelem, hujus per Oswaldum (Oswaldi primi Baronis patrem) filios. Utrique lineæ Comitum dignitas addita est: cæterum *Rodneccia* probatio reperitur p.77.*Trostburgia* p.55.

Wolfeck.p.38.vid.*Truchsess*.

Z.

Zara.p.73.vid.*Pontii*.
Zeil.p.18.vid.*Truchsess*.

ZINZENDORF. Gentem cæteroquin illustrem, in qua Marquardus 1240. claruit, hæreditas familiæ de *Pottendorff* superioris sæculi principio illata,amplius illustravit. In ea Christophorus & Sophia Portendorfia Stephanum & Joannem liberos habuere: Joannes iterum Alexandrum, Joannem Fridericum, Orionem, a quibus singulis totidem lineæ. Quibus sacra est p.108. ab Alexandro descenderunt.

ZOLLERN. Stirpis mentio fit in superiori radice. Rami verò *Sigmaringensis* genesin exhibet p 25.

ZUNIGA.Familia hæc descendit à Didaco Lopezio de Zuniga sive Destunica Dn.de Bejar & Monterrey,qui justitia major Castiliæ fuit, atque ex Joanna Garsia de Lieva sive Leva plures filios sustulit. In his I. Petrus de Zuniga 1430 titulo Comitis de Ledesma & Placentia ornatus est a Rege Castiliæ Joan. 2. & Alvarum atque Didacum Lopezium genuit. *Ille* Dux de *Arevalo*, *Placentia*,& demum *Bejar* sive *Bexar*, sive *Vejar* creatus ex primogenito Petro D.de Bejar inter alios Franciscum de Zuniga & Guaman, M.de Ayamonte nepotem habuit, patrem Teresiæ, quæ hanc lineam terminans hæreditatem de Bejar, Ayamonte,Gibraleon & Bannares,marito Francisco C.de Belalcazar,atque ita familiæ de Sotomayor attulit. Vide pro illa successione p.99.& pro M.de *Ayamonte* ex eadem origine derivatis p.112. Præterea Alvari 2.D.de Bejar filius naturalis fuit Petrus de Zuniga, Marchionum de *Aquila Fuente* autor. Alter Alvari filius vocabatur Didacus, ab uxore Joanna de la Cerda factus Dominus de *Villora*, quem titulum cum Cerdano etiam agnomine servârunt posteri: Nec minùs reliqui Alvari filii Alvarus & Franciscus posteritatem reliquerunt: Hic Dominus de Mirabel fuit, & ab uxore Maria Manuel de Sotomayor Dominium *Alconchel* obtinuit, sed utraque successio per Mariam Manuel de Zuniga ad familiam Davilarum delapsa est, unde Marchiones de *Mirabel*. Pro quibus loquitur p.69. Hic (Didacus Lopezius, Petri de Zuniga alter filius) 1467. Comes de *Miranda* creatus, uxorem habuit Aldonciam de Avellaneda, unde hoc cognomen Zunigensi à posteris adjectum est. Comitibus his accessit deinde titulus Ducum de *Penneranda*, & March. de *Bannexa* (vide progenitores horum p.36.) In eadem linea Comitum Mirandæ Joannes de Zuniga & Avellaneda, Petri 2. Comitis filius, ab uxore Stephania domus *Requesensia* in Catalonia hæreditatem crevit: Unde reliqui de Zuniga & Requesenes Barones de *Marturel* descendunt, in Mencia deficientes, quæ M de los Velez & C.de Benavente nupsit. 2. Alter filius Didaci Lopezii de Zuniga, ac C. Placentię frater fuit Didacus Lopez Dn. de *Monterrey*, qui ex 1. matrimonio Elviræ hærede de Viedma & Ribera Joannem de Zuniga & Viedma, Vicecom. de Monterrey patrem Teresiæ filiæ (unde ad familia de *Ulloa* & inde de Azebedo successio delapsa est, ut videri potest p. 19.) Ex altero vero matrimonio Constantiæ de Monsalve Petrum Dn. de Baydes & Pedrosa genuit. Hujus filius Petrus Comes de *Pedrosa* creari meruit, sed posteri Dominorum de *Baides* titulo contenti fuerunt. 3. Tertius demum filius Didaci Lopezii & Petri atque Didaci frater erat Inicus Ortiz sive Arista de Zuniga, Marescallus Castiliæ, & Joannæ Navarrenæ maritus. Filius ipsius Didacus Lopezius primogenitus Comes creatus est de *Nieva*, sed hunc titulum ejus neptis Francisca marito Antonio de Velasco attulit: Reliqui Lupos Arista sive Ortia & Joannes Lopezius posteritatem etiam habuerunt.

Zuniga. Vide etiam *Azebedo* p 19. *Avellaneda*. p.36.

ZWEIBRUCKENSES sive BIPONTINI ET BITSCHII. Ex hac familia aliquem Weckerum Comitem in exercitu Henrici aucupis 934 ajunt militasse; In Simonis III. cogn. Weckeri (cujus patruus Eberhardus sua Roberto C Palatino 1385. vendidisse dicitur) filiis Simone IV. & Henrico duæ cepere lineæ, sed hæc cito extincta est Ex illa denuo Fridericus prodiit, qui duos habuit filios Henricum 4. & Simonem Weckerum: illi Cunigundis Ochsensteinia, huic Elisabetha Liechtenbergica, utraque certarum ditionum domina nupsere. Sed Simonis Weckeri nepotes Simon Wecker & Jacobus masculorum extremi familiam superiori seculo clausere. Priori uxor Barbara Falckensteinia superioris Henrici Bipontini & Cunigundis Ochsensteiniæ neptis, peculiaria jura attulisse visa est: A qua prætensionem suam Leiningenses (quia Amalia Simonis filia Philippo Leiningio- Westerburgio nupserat) ab altera Margareta Ludovica Philippo C. Hanoviæ nupta Hanoici derivant: ne nunc quidem lite successionis finita Ultimorum probationem dat p. 56.

F I N I S.